— 11. — 14. — Cosia *l.* Casia
— 11. — 15. — onidia *l.* cnidia
— 13. — 21. — ora *l.* ore
— 16. — 24. *post* Alternis *addendum* dicere
— 26. — 3. *pro* arenas *l.* avenas
— 26. — 5. — arena *l.* avena
— 41. — 24. — donum *l.* domum
— 44. — 7. — Acaea *l.* Aeaea
— 45. — 5. — Schiff *l.* Schilf
— 48. — 7. — revocarc *l.* revocare
— 52. — 25. — Spelacum *l.* Spelaeum
— 53. — 7. — montes *l.* montis.
— 54. — 6. — aridus et siccus *l.* aridum et siccum
— 54. — 10. — aestas *l.* aestus
— 57. — 2. — futurus *l.* futurum
— 59. — 9. — liquidus *l.* liquidum

Pag. 64. Lin. 8. *pro* propitius *leg.* propitium
— 67. — 1. — languidus et fessus *l.* languidum et fessum
— 71. — 2. — Virgens *l.* Virgeus
— 72. — 5. — vassatum *l.* vas latum
— 74. — 3. — calumnae *l.* columnae.
— 75. — 22. — malus *l.* malum
— 81. — 8. — inaetuosa *l.* inactuosa
— 82. — 23. — Rubeps *l.* Rubeus
— 84. — 8. — Jamphimedia *l.* Iphimedia
— 95. — 15. — Inous *l.* Inous
— 98. — 23. — Indiguum *l.* Indignum
— 99. — 2. — pinguis, foecundum *l.* pinguem, foecundum
— 100. — 15. — horridus et sordidus *l.* horridum et sordidum
— 101. — 14. — Lenacus *l.* Lenaeus
— 101. — 2. — quibus *l.* quo
— 104. — 10. — Trudi *l.* Trudere
— 108. — 1. — albus *l* album
— 119. — 17. — Calentus *l.* Calculus
— 125. — 24. — lentus *l.* lentum
— 130. — 13. — corruptus. *l.* corruptum
— 140. — 10. — plenus *l.* plenum
— 140. — 24. — Epinemidiorum *l.* Epicnemidiorum
— 144. — 20. — ecclipsus *l.* eclipsis
— 148. — 2. — foecundus *l.* foecundum
— 148. — 13. — maturus fieri *l.* maturescere.

Pag. 159. Lin. 20. *pro* Froclia *l.* Proelia
— 162. — 3. *post* Sub tempus *supplendum* scilicet.
— 164. — 5. *pro* infectum *l.* insectum.
— 176. — 11. — situs *l.* situm
— 185. — 6. — inferioies *l.* inferioris
— 189. — 15. — siccus *l.* siccum
— 189. — 21. — crudior ac saevior *l.* crudiorem ac saeviorem
— 200. — 7. — foedus *l.* foedum
— 208. — 14. — glorié *l.* gloriae
— 213. — 24. — Amella *l.* Mella
— 219. — 7. — Jamis *l.* Inanis

CLAVIS
VIRGILIANA
sive
EXPLICATIO
VOCABULORUM DIFFICILIORUM
plerumque omnium,
FORMULARUMQUE DICENDI
complurium
quae in
VIRGILII OPERIBUS
occurrunt.

Auctore
Friderico Augusto Ludewig.

PARS II.
AENEIS.

Berolini.
Sumtibus Henrici Frölich. 1805.

Praefatio.

Innumera fere est multitudo eorum, qui in explicando Virgilio operam navarunt: supervacaneum igitur facile videri potest, ingentem numerum celeberrimi hujus poetae interpretum augere. Quamobrem, de consilio quod habui, dum his me adjunxi hocce qualicunque opere, pauca praetermittenda esse arbitror. Non omnibus tironibus suppetit pecunia ad emendum Virgilium ab illustri

pria e Mythologia, Historia et Geographia illustravi: versionem germanicam subinde adjunxi. Ordinem alphabeticum deserui, et ea quidem ex causa, quia in evolvendis vocabulis secundum istum ordinatis multum consumitur temporis, cui tamen ante omnia parcendum est. Haud quidem ignoro aliud inde oriri incommodum: nempe vocabula, quae saepius occurrunt, et eandem significationem habent, aut toties repetantur, quoties occurrunt, aut locus semper significetur, ubi jam explicata sunt, aut omittantur postquam semel illustrata sunt, necesse est. Primum et secundum si fit, facile nauseam excitat; tertium quidem praeferendum omnino est, attamen plus a tirone tunc postulatur,

quam jure postulari potest, scilicet vis memoriae quae paucis tantum contigit. Ingenue fateor, me hoc incommodum evitare non potuisse, sed illi minuendo operam dedi, quantum potui. Repetitiones vocabulorum occurrunt, sed non crebriores; formulae dicendi semel illustratae, nunquam fere iterum explicantur, sed aut omittuntur, aut locus significatur, ubi explicatio earum inveniri potest: nomina propria numquam omittuntur, sed toties commemorantur, quoties occurrunt, simul autem locus, in quo jam illustrata sunt. Praeter veteres commentatores praecipue ducem habui Heynium, in Aeneide ubique fere explicationem ejus recepi, rarissime eum deserui. Saepius ab eo recessi in Buco-

licis et Georgicis, ubi Vossium et Martynum non raro sum secutus: quandoque clavem Schirachii adhibui. Editione Heyniana usus sum, hinc interdum vocabula explicantur, quae in aliis editionibus non occurrunt. Haec de clave mea satis dicta sunto: judices, velim, consequatur mites atque amicos. Scr. M. Decembr. MDCCCIV.

AENEIDOS

LIBER I.

Arma, bella.

Vir, heros.

Fato, secundum volutatem fati, fato iubente.

Profugus, qui procul a sedibus suis vagatur.

Lavinia littora, littora, in quibus aliquando urbs Lavinium condenda erat.

Jactatus, huc illuc actus.

Altum, mare.

Vi superûm, numine ac voluntate deorum.

Saevus, immitis, crudelis, inimicus.

Memor ira, ira, quae cum pertinaci memoria acceptae injuriae conjuncta est.

Juno, Saturni filia, Jovis conjux.

Urbem, Lavinium.

Condere, exstruere.

Deos, scil. patriae, penates Troja advectos.

Unde, qua ex re.

Genus Latinum, scil. ortum habuit.

Albani patres, senatores Albae, urbis ab Ascanio conditae.

Memorare, recensere, narrare.

Quo numine laeso, quo Deo offenso.

Dolere, aegre ferre.

Regina Deûm, Juno.

Volvere, adire, subire.

Casus, calamitates, adversitates.

Insignis, illustris.

Pietas, religiosa observatio in Deos et in parentes.

Impellere, cogere.

Tyrii, a Tyro missi aut profecti; Tyrus autem urbs fuit Phoeniciae.

Tenere, possidere, habitare.

Carthago, urbs Africae.

Contra, ex adverso.

Longe, procul sita, magno interjecto maris intervallo.

Studia, amor, cupiditas.
Asper, durus, immitis, intractabilis.
Fertur, dicitur.
Posthabitus, secundo loco habitus, zurückgesetzt.
Colere, amare.
Samos, insula in mari Jonio.
Regnum gentibus, regnum gentium, caput imperii terrarum.
Si qua, scil. ratione.
Tendere, contendere, laborare, operam dare.
Fovere, studere.
Progenies, genus.
Duci, ortum habere.
Vertere, evertere.
Arces Tyriae, Carthago.
Hinc, ex hac progenie, posteritate Teucrorum.
Late rex, late regnans.
Excidio, ad excidium.
Volvere, moliri, machinari.
Vetus bellum, bellum paullo ante gestum.
Saturnia, Juno, Saturni filia.
Prima, primum, prius.
Argi, Argivi, Graeci.

Excidere animo, vergessen seyn.
Repostus, repositus, reservatus.
Paris, filius Priami, regis Trojanorum, qui, iudex electus in contentione, de malo aureo inter Junonem, Minervam et Venerem exorta, iudicium pro Venere dedit.
Spretus, contemtus, posthabitus.
Injuria, offensio.
Forma, pulchritudo.
Ganymedes, filius Trois, regis Trojanorum puer admirandae pulchritudinis, qui a Jove raptus est, ut poculum ministraret.
Accensus, aufgebracht.
Tros, qui e Troja est, Trojanus.
Reliquiae Danaum, qui a Danais relicti sunt, manus eorum effugerunt.
Danai autem Graeci, a Danao sic dicti.
Immitis, saevus, crudelis.
Arcere, prohibere.
Moles, difficultas.
Condere, constituere.
Vela dare, navigare.
Sal, mare salsum.
Aes, aerata navis.
Ruere, secare.

Sub pectore, in animo.
Vulnus, dolor.
Haec secum, scil. meditata, locuta est.
Teucri, Trojani, a Teucro, rege Trojanorum sic dicti.
Rex, dux.
Vetari, prohiberi.
Submergere ponto, fluctibus opprimere.
Noxa, culpa, crimen.
Furiae, insanus amor, insana libido.
Ajax Oilei, Ajax Oilei filius, Locrensium dux, qui capta Troja Cassandram, Priami filiam, in templo Minervae stupravit.
Jovis ignis, fulmen.
Jaculari, schleudern.
Disjicere, dispergere.
Rates, naves.
Evertere, ab imo sursum vertere.
Infigere, illidere.
Incedere, esse.
Praeterea, post talia, in posterum.
Aris imponere honorem, sacrificare.
Flammatus, ira accensus.
Volutare, agitare, versare.
Foetus, foecundus, plenus, refertus.

Aeolia, una ex insulis Aeoliis, seu Vulcaniis et Liparaeis, inter Siciliam et Sardiniam.

Vastus, amplus.

Luctans, erumpere nitens, egredi laborans.

Sonorus, grave sonans, rauschend.

Premere, continere, cohibere.

Frenare, bändigen.

Indignans, indigne ferens, unwillig.

Claustrum, locus clausus.

Mollire, mitigare, domare, reprimere, coercere.

Animus, impetus, vis, saevitia.

Temperare, moderari.

Ferre, abripere.

Verrere, trahere, propellere.

Abdere, includere.

Insuper, praeterea.

Foedus, lex, ratio, pactum.

Premere habenas, inhibere, retrahere habenas.

Laxas dare habenas, laxare habenas.

Mulcere, reprimere, sedare.

Dare, potestatem concedere.

Tollere, excitare, commovere.

Tyrrhenum aequor, mare, quod eam partem Italiae alluit, quae Tyrrhenia aut Tuscia dicitur.

Ilium, urbs nobilissima in Troade.

Incutere, injicere, immittere.

Vis, impetus.

Obrue, scil. aqua, fluctibus.

Agere diversum, dissipare, dispergere per diversa.

Disjicere, umherwerfen.

Bis septem, quatuordecim.

Connubium, conjugium, matrimonium.

Stabilis, firmus, indissolubilis.

Dicare, dare.

Proles, progenies, liberi.

Aeolus haec contra, scil. respondit, dixit.

Tuus labor, tuae partes, tuum officium est.

Explorare, deliberare, inquirere.

Capessere, suscipere.

Fas est, es ist billig und recht.

Quodcumque hoc regni, quidquid regni est.

Conciliare, procurare, comparare, conferre, reddere clementem ac propitium.

Epulis accumbere divûm, inter Deorum ordines locum habere.

Potens, protestatem habens, dominus.
Cuspis, pars acuta hastae.
Impellere, impellendo infringere et aperire.
Porta, exitus.
Ruere, erumpere.
Incumbere, ingruere, irruere, impetum facere.
A sedibus imis, a fundo.
Ruere, eruere, evertere.
Creber procellis, qui crebras procellas excitare solet.
Vastus, magnus.
Stridor, strepitus.
Rudens, funis nauticus.
Ponto incubare, occupare mare.
Poli, coelum.
Micare, resplendere.
Ignes, fulgura.
Praesens, instans, urgens.
Intentare, minari.
Solvi, collabi.
Frigus, timor, metus.
Duplices palmae, duplicatae, complicatae, compressae manus.
Voce referre, eloqui.

Contigit, evenit, accidit, a Diis concessum est.

Oppetere, scil. mortem, den Tod leiden.

Tydides, Tydei filius, Diomedes.

Occumbere, obire mortem.

Animam effundere, vitam reddere, das Leben aushauchen.

Saevus, fortis.

Aeacides, Achilles, Aeaci nepos.

Telo jacere, telo interfectum jacere.

Hector, Priami filius, fortissimus Trojanorum.

Sarpedon, filius Jovis, rex Lyciae.

Simois, fluvius ad Trojam ex Ida monte defluens.

Fortia corpora, corpora fortium virorum.

Jactare, dicere.

Stridens aquilone, procella ab aquilone incitata, immissa, a septemtrione cum magno stridore veniens.

Procella, vis et impetus venti.

Adversa, ex adverso, contraria, a prora irruens.

Ferire, percutere.

Tollere, erigere, sublevare.

Avertere, se avertere, averti, in hanc vel illam partem ferri.

Dare latus, inclinari.

Cumulus, altitudo cumulatae aquae.

Praeruptus, in altum elevatus.

Aperire, ostendere.

Aestus, ebullitio et fervor aquarum, das ungestüme Meer.

Torquere, schleudern.

Arae, duae insulae seu verius scopuli ex adverso Carthaginis, inter Apollinis et Mercurii promontoria, saepius pro una insula habiti, in geographicis tabulis Zimbra dicta, olim Aegimurus.

Dorsum, scopulus eminens.

Mare summum, superficies maris.

Brevia, vadosa et arenosa loca maris, seichte Oerter.

Syrtes, Sandbänke.

Urgere, impellere.

Illidere, schmeissen, stossen.

Vada, Untiefen.

Lycii, incolae Lyciae, regionis Asiae inter Pamphiliam et Cariam, qui Trojanis auxilio fuerant in bello contra Graecos.

Orontes, ductor Lyciae classis.
A vertice, desuper.
Pontus, fluctus.
Excutere, ejicere.
Magister, director navis, gubernator.
Agere, versare.
Vorare, absorbere.
Vortex, Strudel.
Gurges, Wirbel des Wassers.
Tabula, Brett.
Gaza, opes, divitiae.
Grandaevus, senex.
Hiems, tempestas.
Laxus, solutus.
Compages, junctura, Fuge.
Inimicus, exitiosus.
Imber, aqua maris.
Rima, fissura.
Fatiscere, aperiri.
Misceri, turbari.
Imis vadis, fundo.
Stagna, mare.
Refusus, erutus, exturbatus.
Commotus, turbatus.
Alto, ex fundo maris.

Disjectus, dissipatus.
Ruina coeli, imber et procella.
Latere, in occulto esse, ignorari.
Numen, voluntas, iussum.
Moles, tempestas, rerum perturbationes.
Quos ego, scil. punire possem vel deberem.
Praestat, melius est.
Motus, excitatus, empört.
Componere, sedare.
Post, postea, in posterum.
Commissum, delictum, crimen.
Luere, solvere.
Maturare fugam, celeriter fugere, ocius discedere.
Saevus, magnus, potens.
Aula, regia.
Dicto citius, antequam orationem finisset.
Placare, sedare.
Cymothoe, una ex Nereidibus.
Triton, Deus marinus, Neptuni et Salaciae filius.
Detrudere, dejicere, depellere.
Levare, erigere.
Temperare, placare.
Perlabi, percurrere.

Seditio, rebellio, tumultuatio, Aufruhr.

Gravis, venerabilis.

Cadere, sedari, residere.

Fragor, Geräusch, Getöse.

Senitor, pater.

Apertus, serenus.

Currus secundus, currus qui facile sequitur equos currentes, celer.

Defessus, fessus, iactatus tempestate.

Aeneadae, Trojani.

Secessus, sinus secretus, longe remotus a celebritate hominum.

Objectu laterum, lateribus porrectis.

Quibus, ad quae.

In sinus scindere sese reductos, vid. Georg. IV. 420.

Hinc atque hinc, in utroque latere, ab utraque extremitate.

Minari, eminere.

Scena, prospectus.

Silvae coruscae, silvae quae micant, coruscant, dum vento agitantur.

Horrens, horrorem iniiciens.

Imminere, adesse, adstare.

Fronte sub adversa, in littore continenti, ex adverso insulae.

Vivus, naturalis.

Uncus morsus, dens incurvus.

Subire, succedere.

Amor telluris, soli attingendi cupiditas.

Arena, littus.

Sale tabens, unda marina respersus, madidus.

Ponere, reponere.

Rapere, raptim excipere.

Fomes, materia arida, ligna arida.

Ceres, frumentum.

Cerealia arma, instrumenta, quibus frumentum tractatur.

Expedire, efferre.

Fessi rerum, calamitatibus fatigati.

Receptus, e periculo naufragii servatus.

Res, calamitates, casus.

Torrere, arefacere, siccare.

Omnem prospectum pelago petere, mittere oculos in pelagum.

Biremes, naves.

Arboreus, ramosus.

Vulgus, grex cervorum.

Miscere, perturbare.
Agere, agitare, persequi.
Frondeus, frondosus.
Vina onerare cadis, vinum infundere cadis, i. e. vasis vinariis.
Acestes, rex Siciliae.
Littus Trinacrium, littus Siciliae, quae a tribus promontoriis Trinacria dicebatur.
Mulcere, mitigare, solari.
Ante mala, mala praeterita, mala quae antea passi sumus.
Scyllaea rabies, furens Scylla.
Penitus, in intima parte.
Accedere, propius venire.
Cyclopia saxa, littus Cyclopum saxosum in Sicilia.
Moestus, moestum reddens.
Mittere, deponere.
Discrimen, periculum.
Fas, fatis permissum.
Resurgere, reparari, renasci.
Durare, perdurare, ausharren.
Secundus, prosper, felix.
Aeger, tristis.
Premere, occultare.

Accingere, parare se.
Tergus, pellis, cutis.
Diripere, abziehen.
Viscera, carnes.
Tremens, adhuc palpitans.
Ahenum, Kessel.
Locare, ponere.
Ministrare, subjicere.
Victus, cibus.
Revocare, reparare.
Fusus, prostratus.
Ferinae, scil. carnis.
Exemtus, sublatus, fugatus.
Longo cum sermone, multis cum querelis.
Requirere, desiderium declarare.
Extrema pati, mori.
Acer, strenuus.
Mare velivolum, mare in quo vela volant.
Jacens, porrectus in longum.
Latus, late habitans.
Defigere lumina, die Augen richten.
Jactare, versare.
Curae, cogitationes, consilia.
Lacrimis oculos suffusa, mit Thränen im Auge.

Nitens,

Nitens, pulcher.
Funera, clades, calamitates.
Ob Italiam, propter Italiae aditum, ne ad Italiam accedant.
Hinc, ab his Trojanis.
Volventibus annis, einst, nach Jahren.
Ductores, duces, regnatores, imperatores.
Revocatus sanguis, stirps renovata per novam progeniem.
Ditio, potestas.
Tenere, possidere.
Sententia, Gesinnung.
Vertere, mutare.
Occasus, excidium.
Solari, dolorem conceptum levare.
Fatis, scil. melioribus.
Contrarius, adversus.
Rependere, compensare.
Fortuna, widriges Geschick.
Dare, facere.
Liburni, populus Illyrici.
Timavus, vid. Ecl. VIII. 6.
Superare, praetervehi, praeternavigare.
Proruptus, profusus, ausgetreten.
Pelagus, aquarum vis, pelago similis.

Premere, operire, inundare.

Patavium, urbs Italiae, in Venetis, ad Adriaticum mare.

Figere arma, affigere, suspendere arma in foribus et parietibus templorum; quod fieri solebat, quando pax erat restituta.

Compostus, compositus, sepultus.

Annuere, nutu concedere.

Infand m, vid. Georg. I. 479.

Prodi, per fraudes perdi.

Sceptrum, regnum.

Reponere, restituere.

Subridere, lächeln.

Sator, genitor, pater.

Serenare, serenum reddere.

Osculum, basium, Kuſs.

Libare, libando, leviter attingendo sumere.

Parce metu, noli metuere, abjice metum.

Cytherea, Venus, a Cythera insula sic dicta.

Magnanimus, animosus, fortis.

Remordere, sollicitare, cruciare.

Volvere, evolvere, repetere, enarrare.

Fatorum arcana, fata abscondita et secreta.

Movere, aperire, declarare, manifestum facere.

Italia, in Italia.

Contundere, domare.

Mores ponere, leges dare.

Moenia ponere, urbem condere, aedificare.

Terna hiberna, tres hiemes.

Rutuli, populi Italiae, qui Latium tenuerunt.

Subactus, victus.

Dum res stetit Ilia, dum regnum Trojanum incolume fuit.

Regno, sub regibus.

Volvendus, volutus, se volvens.

Orbes magnos imperio explere, per annos regnare longos.

Multa vi, magnis opibus, magno hominum rerumque apparatu.

Regnabitur, regnum durabit.

Gens Hectorea, reges e stirpe Trojana.

Regina, regio sanguine orta.

Sacerdos, virgo Vestalis.

Gravis Marte, e Marte gravida.

Geminam prolem partu dare, gemellos parere.

Ilia, Trojana stirpe oriunda, Rhea Sylvia.

Nutrix, sic dicitur lupa, quia Romulus a lupa nutritus fertur.

Tegmen, exuviae, pellis.

Laetus, ornatus.

Excipere, sequi, succedere.

Mavortia moenia, Roma, a Martis filio condita.

Ponere, constituere.

Asper, inimicus.

Metus, quidquid metum injicit, terror.

Fatigare, sollicitare, perturbare, commovere.

Consilia in melius referre, animum in meliorem partem mutare.

Fovere, tueri.

Togatus, toga vestitus, vestimenti genere quod insigne pacis fuit.

Sic placitum, sic constitutum, decretum.

Lustrum, spatium quinquennale, quum quadriennio exacto, quintus annus jam procurrit.

Labi, verfliefsen.

Aetas, tempus.

Domus, familia.

Assaracus, Trois filius, Anchisae avus.

Phthia, oppidum Thessaliae, patria Achillis.

Mycenae, urbs Peloponnesi, Agamemnonis regia.

Servitio premere, unterjochen.

Terminare, terminos vel fines constituere, finire.

Demissus, proficiscens, proveniens.

Vocari votis, vid. Georg. I. 42.

Asper, durus, tristis.

Positus, finitus.

Mitescere, ruhig werden.

Canus, priscus, antiquus.

Jura dare, leges dare, regnare, imperio praeesse.

Dirus, abominandus.

Ferrum et compages, vincula ferrata.

Arctus, constrictus, maxime conjunctus.

Belli portae, intelligitur templum Jani, quod tempore pacis claudebatur.

Furor impius; bellum civile.

Ahenus, aereus.

Nodi, catenae, vincula.

Maja genitus, Mercurius, filius Jovis et Majae Atlantis filiae.

Hospitium, Aufnahme.

Arcere, prohibere.
Ponere, deponere.
Ferox, ferus, immitis.
Cor, animus.
Quietus, placidus, propitius.
Volvere, agitare, reputare.
Almus, gratus, jucundus, wohlthätig.
Exactus, exploratus, compertus.
Referre, narrare.
Convexus, Gewölbe.
Clausus, occlusus, septus.
Gradi, ingredi, incedere.
Crispare, torquere, vibrare.
Hastilia lato ferro, hastae, quibus praefixum latum ferramentum.
Ferre se, incedere, ire.
Os, vultus, facies.
Habitus, amictus, vestimentum.
Threissa, Thracia.
Harpalyce, filia Harpalyci, regis Amymnaeorum, populorum Thraciae.
Volucris, velox.
Fuga, celer cursus, velocitas.
Praeverti, praevenire, superare.
Habilis, levis.

Diffundere, dispergere, hin- und her wehen.
Nodus, vinculum, cingulum.
Sinus fluentes, der herunterhängende Schlepp des Kleides.
Colligere, revincire.
Succinctus, instructus.
Maculosus, maculis conspersus, fleckicht.
Premere, insequi.
Orsus, qui loqui incipit.
Memorare, alloqui.
Hominem sonare, hominem sonitu indicare.
Sanguis, genus.
Sis felix, sis propitia.
Levare laborem, succurrere malis.
Quaecunque, qualiscunque Dea es.
Jactari, versari.
Tibi, in tuum honorem.
Cadere, mactari.
Dignari, dignum censere, facere.
Vincire, religare.
Cothurnus, vid. Ecl. VII. 32.
Agenoris urbs, urbs a progenie Agenoris condita. *Agenor* autem rex fuit Phoenicum.
Fines, regio, regnum.

Intractabilis, indomitus.
Germanus, frater.
Longa injuria, longa narratio injuriae.
Longae ambages, weitläufige Erzählung.
Sequi, tenere.
Fastigia rerum, capita rerum, die Hauptsachen.
Miserae, a misera.
Intactā, inviolata, virgo.
Jugare. conjugare, conjungere.
Omina, auspicia nuptialia, nuptiae.
Pygmalion, Beli filius, rex Tyri.
Incautus, qui non cavet, qui nihil timet.
Superare, adoriri.
Securus, nil curans.
Celare, occultum tenere.
Aeger, tristis.
Malus, fraudulentus, dolosus.
Simulare, fingere, vorgeben.
Ludere, illudere, täuschen.
Imago, der Schatten.
Modis miris, mirabiliter.
Crudeles arae, crudele facinus ad aras commissum.
Trajectus, durchbohrt.

Nudare, manifestum facere.
Coecus, occultus.
Scelus domus, scelus a fratre commissum.
Retegere, revelare.
Auxilium viae, subsidium itineris conficiendi.
Recludere, aperire, ostendere.
Crudelis, magnus, ingens.
Acer, vehemens.
Pygmalionis opes, opes, quas Pygmalion suas esse putabat.
Mercari, emere.
Facti de nomine Byrsam, in quo arcem condiderunt, a facto denominatam Byrsam.
Taurinum tergum, tergus, corium a tauro detractum.
Tenere, tendere.
Talibus ille, scil. respondit.
Repetere, beginnen.
Origo, initium.
Pergam, scil. dicendo, narrando.
Vacat, otium est.
Annales, historia, narratio.
Clausus, tectus tenebris, ereptus oculis.
Componere, finire.

Per aures ire, ad aures pervenire.
Antiquus, nobilis.
Forte suá, casu, quo solet.
Pius, religiosus.
Raptus ex hoste, e manibus hostium ereptus.
Bis deni, viginti.
Conscendere, ingredi.
Datus, monstratus.
Convolsus, vexatus, laceratus.
Peragrare, perambulare.
Interfari, dazwischen reden.
Invisus, odiosus.
Auras vitales carpere, vivere.
Perferre se, sich begeben.
Redux, salvus.
Versis aquilonibus, mutatis ventis.
Relatus, reductus e periculis.
Augurium, ars augurandi.
Vanus, fallax, mendax.
Aetheria plaga, regio aëris.
Lapsus, qui descendit.
Jovis ales, aquila.
Turbare, agitare, insequi.
Capere, tenere, insidere.
Captas, capiendas.

Despectare, despicere.
Coetu, agmine facto.
Polus, coelum, aër.
Ostia, aditus, ingressus portus.
Roseus, suavis, pulcher.
Refulgere, resplendere.
Ambrosius, ambrosia imbutus.
Spirare, emittere, diffundere, exhalare.
Patere, patefieri, manifestari.
Dari, concedi.
Gressum tendere, seinen Gang richten.
Obscurus aër, densa nubes.
Saepire, circumdare.
Amictus, tegmentum, Hülle.
Contingere, malum inferre.
Moliri moram, detinere.
Paphus, urbs Cypri, in qua Venus colebatur.
Sublimis, sublatus, per altum volans.
Sabaeo ture, vid. Georg. II. 117.
Calere, glühen.
Halare, duften.
Corripere, celeriter exigere.
Semita, Pfad.
Plurimus, altus, editus.

Adversus, ex adverso situs.
Moles, magnitudo.
Magalia, humiles casae, rustica domicilia.
Strata viarum, stratae viae.
Instare, instanter incumbere operi.
Ardens, multum festinans.
Ducere, producere, extendere, aedificare.
Moliri, exstruere.
Subvolvere, hinaufwälzen.
Optare, eligere.
Tectum, domus.
Sulcus, fossa.
Jura, iudicium, ius dicentes, iudices ipsi.
Sanctus, augustus, inviolabilis.
Locare, jacere.
Immanis, valde magnus, ingens.
Decora, ornamenta.
Aestate nova, in principio aestatis.
Florens, floridus.
Exercere, fatigare.
Sub sole, interdiu, per diem.
Educunt foetus, vid. Georg. IV. 163 — 169.
Liquens, defecatus, purus.
Laetissimus umbrae, jucundissimus propter umbram.

Signum, omen.
Acer, fortis.
Facilis victu, qui facilem et paratum victum habet.
Sidonia, e Sidone, urbe Phoenicia haud procul a Tyro, oriunda.
Numen, simulacrum, statua.
Opulentus, dives.
Gradibus, per gradus, quibus ascendebatur.
Surgere, sich erheben.
Nexae, scil. liminibus, adjunctae impositae.
Trabes, postes.
Cardo, Thürangel.
Lenire, mitigare, minuere.
Afflictae res, fortuna adversa.
Melius confidere, majorem fiduciam habere.
Lustrare, circumspicere.
Opperiri, exspectare.
Fortuna, felicitas.
Manus, opera, picturae.
Operum labores, opera affabre elaborata.
Iliacas pugnae, pugnae ad Ilium commissae.
Vulgatus, publicatus, notificatus.

Atridae, Agamemnon et Menelaus, filii Atrei, regis Mycenarum.

Priamus, rex Trojae.

Saevus, infestus, iratus.

Noster labor, fama de nostris calamitatibus.

Laus, virtus, quae laudem meretur.

Sunt lacrimae rerum, deflentur casus humani.

Mentem tangere, animum afficere.

Mortalia, quae mortalibus accidere solent.

Solvere, dimittere.

Pascere, delectare.

Pictura inanis, quae non res ipsas sed rerum imagines repraesentat.

Largo flumine, scil. lacrymarum.

Humectare, irrigare.

Pergama, proprie arx Ilii, saepe autem pro urbe ipsa sumitur.

Phryges, incolae Phrygiae, regionis Asiae minoris; hic, Trojani.

Instare, persequi.

Cristatus, cristam in galea ferens, der einen Helmbusch trägt.

Rhesus, rex Thraciae, qui Trojanis auxilio venit.

Tydides, Diomedes, Tydei filius.

Ardens, acer, muthig.

Avertere, abigere.

Xanthus, fluvius Trojanus.

Troilus, Priami filius.

Impar, inaequalis.

Congredi, pugnare.

Ferri, trahi.

Haerere, pendere.

Resupinus, procumbens facie in coelum versa.

Currus inanis, currus rectore privatus.

Versus, tractus, ductus.

Inscribere, lineam ducere, sulcare.

Non aequus, iniquus, infensus, iratus.

Iliades, mulieres Trojanae.

Crinibus passis, dispersis, mit fliegenden Haaren.

Peplum, vestis foeminarum, quam illae simulacris Dearum offerebant, inprimis Minervae.

Suppliciter, ex animi submissione.

Tundere, percutere.

Solo fixos oculos tenere, terram despicere.
Aversus, renuens, indignans, iratus.
Raptare, schleifen.
Exanimus, mortuus.
Spolia, arma, quibus Hector spoliatus erat.
Inermis, wehrlos.
Permixtus, scil. proelio, pugnans.
Eous, orientalis.
Memnon, filius Aurorae et Tithoni, dux Aethiopum, qui ex Oriente Trojanis auxilio venit.
Amazonides, Amazones, mulieres Scythicae, bellatrices.
Pelta lunata, scutum brevissimum, in modum lunae jam mediae.
Penthesilea, regina Amazonum auxilium Trojanis ferens.
Ardere, fortiter pugnare.
Subnectere, subligare, subjungere.
Exsertus, nudatus.
Concurrere, pugnare.
Mirandus, admiratione dignus.
Obtutus, aspectus.
Stipare, circumdare, comitari.
Eurotas, fluvius praeterfluens Lacedaemonem.

Cyn-

Cynthius, mons Insulae Deli.
Exercere, ducere, instituere.
Glomerare, congregare.
Oreades, Nymphae montium.
Latona, mater Apollinis et Dianae.
Pertentare, Georg. III. 250.
Instare, urgere, antreiben.
Testudo, convexitas, Wölbung.
Arma, armati.
Solium, sedes regia, Thron.
Subnixa, dum pedibus scabella subjecta erant, unterstützt.
Jura legesque dare, ius dicere, Gericht halten.
Opera, aedificatio urbis.
Aequare partibus justis, aequaliter dividere.
Sorte trahere, verloosen.
Concursus, Zulauf.
Dispellere, in diversas partes pellere, dispergere, dissipare.
Avehere, abducere.
Dissimulare, reprimere se, continere se.
Speculari, percontari.
Amictus, circumdatus.
Quid, ad quid, propter quid.

Lecti, delecti.

Venia, gratia, propitia et benevola voluntas.

Copia fandi, facultas, potestas loquendi.

Maximus, scil. natu.

Placido pectore, nullo modo turbatus.

Dare, concedere.

Infandi ignes, qui adversus fas, iusque gentium inferuntur.

Pius, qui nullam injuriam, nullum nefas committit.

Propius, accuratius, cum majore attentione.

Res, Vorhaben, Absicht.

Penates, domicilia.

Populare, vastare, evertere.

Vertere, avertere, abigere.

Vis, audacia.

Superbia, insolentia.

Locus, regio.

Uber glebae, ubertas, fertilitas soli.

Oenotri, populi Pelasgiae.

Minores, posteri, seriores.

Gens, terra.

Huc, ad hanc regionem.

Subitus, repentinus.

Nimbosus, stürmisch.

Orion, sidus, cujus ortu vel occasu tempestates et procellae exoriri solent.

Coecus, ignotus, latens.

Procax, urgens obstinate, vehemens.

Auster, hic, ventus quicunque.

Supero, aestuo, intumeo.

Salum, mare.

Adnare, natando pervenire; appellere.

Hospitium arenae, escensus in littus.

Ciere, excitare.

Prima terra, littus.

Sperare, timere.

Fandus, justus.

Nefandus, injustus.

Vesci aura aetheria, vivere.

Occubare umbris, ins Schattenreich hinabsteigen.

Non metus, non metuendum.

Officio certare, beneficiis provocare.

Quassatus, concussus, oppressus.

Subducere, in terram trahere.

Aptare, adjungere, affigere.

Stringere, concidere.

Rex, dux.

Absumtus, ablatus, exstinctus.

Salus, ille a quo salus dependet, i. e. Aeneas.

Freta Sicaniae, maria Siciliae.

Talibus, scil. verbis orabat.

Fremere, assentiri cum murmure.

Vultum demittere, die Augen niederschlagen.

Solvere, dimittere.

Secludere, ejicere, deponere.

Res dura, dura rerum conditio.

Moliri, facere.

Custos, viri in custodia et praesidio locati.

Virtutes, res fortiter gestae.

Incendium, ardor, vis, Wuth.

Obtusus, hebes, ignavus, stupidus.

Gestare, habere.

Pectus, ingenium.

Aversus, remotus.

Jungere equos, si de Sole dicitur, est: orin iter diurnum conficere.

Saturnia arva, Latium, ubi Saturnus regnavit.

Erycis fines, Sicilia, ubi Eryx Butae et Veneris filius monti nomen dedit, in quo templum Veneris fuit.

Statuere, condere.
Nullo discrimine agi, parem gratiam habere, gleich gut gehalten werden.
Compulsus, depulsus, delatus.
Certus, fidelis.
Dimittere, in diversas partes mittere.
Lustrare, circumire, peragrare.
Ejectus, qui ex naufragio in littus appulit.
Arrectus, excitatus.
Erumpere nubem, rumpendo nubem emergere ex ea.
Compellare, alloqui.
Surgere, oriri.
Receptus, vid. Aen. I. 178.
Unus, Orontes.
Respondere, congruere, convenire.
Scindere se, dividere se.
Purgare se, solvi, extenuari.
Apertus, purus, clarus, serenus.
Refulgere, apparere.
Decorus, elegans, egregius, pulcher.
Caesaries, comae.
Genetrix, mater.
Lumen, nitor, splendor.
Afflare, affundere.

Honores, pulchritudo.
Manus, scil. artificis.
Decus, ornamentum.
Parius lapis, marmor candidum ab insula Paro sic dictum.
Cunctis improvisus, a nemine praevisus.
Infandi labores, casus, qui tam magni sunt, ut enunciari non possint.
Reliquiae Danaum, a Danais relicti.
Exhaustus, attritus, consumtus, vexatus.
Sociare, in sociaetatem accipere.
Grates persolvere, gratias referre.
Non opis est nostrae, non possumus.
Respectare, respicere, begünstigen.
Si quid est, si in ullo pretio est, si quid valet.
Rectum, recte actum, aequum, justum.
Laetus, faustus, felix.
Ferre, producere.
Convexa, latera et ambitus.
Pascere, sustinere.
Quae me cumque vocant terrae, quocunque abiero, ubicunque fuero.
Petere, tangere.
Casus, fortuna.

Immanis, horridus, asper, incultus.
Applicare, appellere.
Anchises, Capyos filius.
Teucer, filius Telamonis et Hesionae, Laomedontis regis filiae et Priami sororis.
Opimus, opulentus.
Ditione tenere, in potestate habere.
Casus, ruina.
Reges Pelasgi, duces Achivorum.
Laude ferre, laudibus efferre.
Succedere, intrare.
Discere, tenere, novisse.
Indicere honorem, supplicationem decernere.
Horrentia, scil. setis seu pilis.
Terga suum, sues.
Munera, laetiamque dii (diei), munera, quibus diem tam faustum ac festum exhilararent.
Luxus, magnificentia.
Laboratus, textus.
Vestis, stragula, Decke.
Superbus, splendidus.
Argentum, vasa argentea.
Mensis, scil. imponebatur.

Caelata in auro facta, pocula aurea in quibus caelata erant facta.

Rerum, scil. gestarum.

Consistere, quiescere.

Ferre, nuntiare.

Carus, amans.

Stare, esse.

Palla, vestis mulierum, promissa ad pedes.

Signa, formae rerum vel hominum intextae.

Rigens, plenus, densus.

Velamen circumtextum acantho, velamen (genus vestis muliebris tenuissimum) praetextum acanthi foliis, vestis oram ambientibus.

Helena, filia Jovis et Ledae, uxor Menelai, regis Spartanorum.

Inconcessi Hymenaei, illicitae nuptiae.

Efferre, secum exportare.

Monile, ornamentum colli.

Baccatus, margaritis ornatus, mit Perlen besetzt.

Duplex gemma auroque corona, diadema aureum gemmis distinctum.

Celerans, celeriter peragere cupiens.

Artes, doli.

Furens, vehementi amore captus.

Ossibus implicare ignem, ossibus ac medullis flammas inserere, immittere.

Domus, stirps, gens.

Ambiguus, fallax.

Bilinguis, fallax, perfidus.

Urere, cruciare.

Atrox, saevus.

Recursare, recurrere, revenire.

Aliger, alas gerens.

Amor, Cupido, filius Veneris.

Meae vires, *mea magna potentia*, per quem ego valeo et potens sum.

Pater summus, Jupiter.

Tela Typhoïa, fulmina sic dicta, quia Jupiter iis usus est in Typhoeum.

Temnere, contemnere.

Numina, auxilium, potentia.

Nota tibi, notum tibi est.

Tenere, in potestate habere.

Morari, detinere.

Junonia hospitia, hospitium Aeneae in urbe, ubi Juno praecipue colitur, quae Junoni dicata est.

Tanto cardine rerum, in tanto rerum momento, dum res summa agitur.

Cessare, acquiescere.

Cingere, irretire, illaqueare.

Flamma, amor.

Ne quo se numine mutet, ne Junonis machinatione aliqua animus ejus mutetur.

Mens, consilium.

Regius puer, Ascanius.

Accitus, evocatio, citatio, mandatum veniendi, Ruf.

Urbs Sidonia, Carthago.

Mea maxima cura, qui mihi maxime curae est, quem praecipue amo.

Restantia, quae restiterunt, superfuerunt.

Sopitus somno, immersus profundo somno.

Cythera, insula Laconicae objecta.

Idalium, mons Cypri, Veneri sacer.

Ne qua, scil. ratione, via.

Scire, rescire, percipere.

Doli, fraus.

Medius, in medio negotio.

Occurrere, impedimento esse.

Fallere dolo, mentiri, simulare, falsum exhibere.

Mensae, epulae.
Latex Lyaeus, vinum.
Figere, imprimere.
Fallere veneno, per fraudem venenum instillare.
Exuere, deponere.
Quies, somnus.
Irrigare, infundere.
Fotus, complexus.
Amaracus, Majoran.
Adspirans, adhalando odores.
Aulaeum, Teppich, Decke.
Superbus, magnificus.
Componere se, considere.
Sponda, lectus, triclinium.
Locare, collocare.
Stratum ostrum, stragula purpurea.
Lympha, aqua.
Ceres, panis.
Expedire, proferre, ministrare.
Tonsis ferunt mantelia villis, vid. Georg. IV, 377.
Penum struere, instruere et adornare edulia ac cibos.

Flammis adolere Penates, flammas adolere in focis.

Torus, stratum in quo cubatur.

Pictus, gestickt.

Flagrans, ardens, fulgens.

Pestis, exitiosus amor.

Devotus, destinatus.

Expleri, satiari.

Ardescere, ardore incendi.

Tuendo, intuendo, inspiciendo.

Moveri, capi, delectari.

Implere, satiare, Genüge thun.

Petere, aggredi insidiis.

Insidere, in gremio sedere.

Mater Acidalia, Venus, ab Acidalio fonte qui est in Orchomeno, Boeotiae civitate, sic dicta.

Abolere Sichaeum, memoriam ac amorem Sichaei prioris conjugis delere.

Vivus amor, amor erga vivum.

Praevertere, occupare.

Resides animi, animus ad amandum iners, et piger.

Desueta corda, scil. amore, quae desuescere paene inceperant amare.

Postquam prima quies epulis, cum primum epulandi finis esset factus.

Coronare, vid. Georg. II. 528.

Vocem volutare, lärmen.

Lychnus, lucerna.

Laquear, die Decke des Zimmers.

Funalia, funiculi cera illiti, faces.

Merum, vinum purum.

Soliti, scil. implere.

Jura dare, praeesse, sub tutela habere, walten.

Bonus, propitius.

Coetum celebrare, convivio interesse.

Libare laticum honorem, vinum in Deorum honorem effundere.

Libato, postquam libatum erat.

Summo tenus ore, ad summa usque labella.

Increpitans, adhortans, invitans ad bibendum.

Impiger, strenuus, diligens, celer.

Pleno auro se proluere, poculum vini plenum epotare.

Crinitus, longos crines habens.

Personare, canere.

Errans luna, errores seu cursus lunae.

Labores, defectus.

Ignes, fulgura.

Arcturus, vid. Georg. I. 68 et 204.

Hyades, vid. Georg. I. 138.

Pluvius, pluviosus.

Gemini Triones, Helice et Cynosura, Ursa major et minor; vid. Georg. III. 381.

Quid tantum — solet, vid. Georg. II. 481.

Ingeminare plausu, multiplicare applausum.

Noctem trahere sermone, in noctem protrahere sermonem.

Longum amorem bibere, longo haustu amorem imbibere.

Rogitare, interrogare.

Quantus, quam magnus corporis viribus et animi virtute.

Errores, itinera, Umherirren.

Te septima portat errantem aestas, per septem annos erras.

Fluctus, maria.

LIBER II.

Conticescere, tacere.
Intenti ora tenebant, erant intenti, habebant vultus et oculos intentos.
Orsus, coepit loqui.
Opes, divitiae, facultates.
Lamentabilis, lamentatione dignus.
Eruere, evertere.
Quorum pars magna fui, quorum magna pars me ipsum attingit, ad me spectat.
Myrmidones, populi Thessaliae, socii Achillis.
Dolopes, incolae Scyri, insulae in mari Aegaeo, socii Pyrrhi, filii Achillis.
Miles Ulixi, Ithacensius aliquis.
Temperare, abstinere.
Praecipitare, praecipitari, praecipitare se, descendere in Oceanum.
Cadens, occidens.
Amor, desiderium.
Supremus labor, clades, excidium.
Fractus, debilitatus.
Labentibus, praeterlapsis, transactis.

Instar montis, ad montis magnitudinem.
Secta abies, trabes abiegnae.
Intexere, iungere.
Costae, latera.
Vagari, spargi.
Delecta virum corpora, delecti viri.
Sortiri, loosen.
Latus coecum, corpus equi in quo occulti latere poterant.
In conspectu, scil. Trojae.
Tenedos, insula in mari Aegaeo, inter Mitylenen et Hellespontum contra Trojam; prope Sigaeum.
Male fidus, non satis tutus.
Carina, navis.
Condere, abscondere.
Vento, scil. secundo.
Petere, navigare.
Solvere se luctu, tristitiam deponere.
Pandere, aperire.
Dorica castra, castra Graecorum.
Tendere, tentorium habere.
Classes, naves.
Innupta, quae nunquam nubet.
Moles equi, ingens equus.

Ferre,

Ferre, constituere, velle.
Terebrare, perforare.
Tentare, explorare.
Scindi, dividi.
Incertus, instabilis.
Contraria studia, diversae partes.
Laocoon, Priami filius, Apollinis sacerdos.
Ardens, scil. ira.
Avehi, abire.
Lignum, ligneus equus.
Inspicere, speculari.
Venire desuper, ex altiore loco venire ad opprimendum.
Error, fraus.
Ferus, equus.
Curva compagibus, ex compage lignorum curva.
Stetit tremens, contremuit.
Recussus, concussus.
Gemitus, sonitus resultans.
Si fata Deum, scil. non fuissent, si non fatale fuisset.
Mens, scil. Trojanorum.
Laevus, stultus.

Argolicae latebrae, equus, quo latebant Argivi.

Foedare, dilacerare, concidere.

Trahere, cum festinatione adducere.

Struere, moliri.

Fidens animi, voll Vertrauen.

Versare, agitare, exigere, ad finem perducere.

Certare illudere, certatim illudere.

Crimine ab uno, ex unius scelere.

Discere, cognoscere, kennen lernen.

Sanguis, vita ipsa.

Conversus, mutatus.

Compressus, sedatus.

Impetus, Wuth.

Cretus, creatus, propagatus.

Ferre, afferre, nuntiare.

Quae sit fiducia capto, quid speret, captus cum sit.

Fuerit quodcunque, quidquid evenerit, mihique exinde acciderit.

Fingere, efficere, reddere.

Vanus, fallax.

Improbus, iniquus, adversarius.

Fando, narrando, aliorum narratione.

Belides, ortum ducens a Belo.

Palamedes, Nauplii, regis Euboeae, filius.

Sub falsa proditione, sub falso crimine proditionis.

Pelasgi, Achivi.

Insons, innocens.

Vetare, dissuadere.

Demittere neci, interficere.

Cassus lumine, privatus vita.

Consanguinitate propinquus, verwandt.

In arma, ad bellum.

Primis ab annis, scil. belli, ab initio belli.

Dum stabat regno incolumis, dum auctoritas ejus adhuc incolumis erat.

Vigere, valere.

Decus, honor.

Gerere, habere.

Pellax, qui per blanditias solet fallere.

Concedere ab oris superis, vita recedere, ad loca infera descendere.

In tenebris, inclusus domi, segregatus ab hominibus.

Trahere, degere.

Indignari, aegre ferre, bedauren.

Si fors tulisset, si occasio adesset.

Promittere, minari.

Mali labes, origo, caussa, initium ruinae.

Crimen, criminatio, Beschuldigung.

Ambiguus, dubius, suspicionis plenus.

Arma, fraudes et insidiae.

Conscius, scil. eorum quae dixissem.

Calchante ministro, Calchantis auxilio, Calchas autem Thestoris filius, vates nobilis.

Nequidquam, frustra.

Ingratus, molestus, injucundus.

Revolvere, commemorare.

Uno ordine habere, eodem loco et numero ducere, einander gleich achten.

Id audire, scil. esse me unum ex Achivis.

Jamdudum, quam primum.

Ithacus, Ithacius Ulysses.

Magno mercari, magno pretio emere.

Ardere, ardenter cupere.

Scitari, sciscitari, interrogare.

Ars, Ränke.

Prosequi, pergere.

Pavitans, tremens.

Ficto pectore, animo ad fraudem composito, subdole et fraudulenter.

Moliri, parare.

*nterclud*ere, coercere.

Euntes, ire cupientes.

Trabes acernae, trabes ex acere, (von Ahorn,) assumtae.

Contextus, conjunctus.

Nimbus, turbo.

Suspensus, sollicitus, dubius.

Eurypylus, Euaemonis filius, ex Ormenio Thessaliae copias adducens.

Adytum, locus secretior in templo, Heiligthum.

Dicta, responsa.

Virgine, Iphigenia.

Caesus, occisus.

Anima, vita.

Litare, sacrificio Deos placare.

Cui fata parent, cui hoc fatis, i. e. oraculo, destinatum sit, ut mactetur pro victima.

Numina divum, voluntas Phoebi, sententia oraculi.

Canere, vaticinari, divinare.

Artifex, homo vafer, mendaciorum dolorumque architectus.

Taciti, apud se, secum.

Videre, providere.
Bis quini, decem.
Tectus, dissimulans.
Prodere, edere, nominare.
Opponere, objicere.
Composito, ex composito, ex pacto.
Rumpere vocem, erumpere in vocem, repente aliquid dicere post longum silentium.
Ara, piaculum, sacrificium.
Conversa ferre, conferre et convertere.
Salsae fruges, mola salsa, far tostum contusum sale adsperso.
Delitescere, latere.
Antiquus, pristinus.
Fors, forte.
Effugium, fuga.
Piare, expiare, punire, ulcisci.
Quod, propter quod, quocirca.
Conscius, testis.
Intemeratus, integer, incorruptus, inviolatus.
Miserescere, misericordia moveri.
Ultro, libenter, facili promtoque animo.
Manicae, vincula manuum.
Levare, dissolvere.

Amicus, benevolus.
Hinc, porro, in posterum.
Edisserere, ordine narrare.
Statuere, fabricare, construere.
Petere, sibi velle, desiderare.
Religio, consecratio.
Exutus, exemtus, solutus, liberatus.
Ignes, lumina: intelliguntur sol, luna et sidera.
Testari, obtestari.
Fas mihi, liceat mihi.
Sacrata jura resolvere, iure sacro, iure civitatis se liberare.
Ferre sub auras, proferre, patefacere.
Tegere, occultare.
Ferre, dicere.
Rependere magna, magnam mercedem persolvere, einen großen Dienst leisten.
Stare, beruhen.
Fatale Palladium, simulacrum Palladis, in quo stabat fatum Trojae.
Avellere, abripere, abducere.
Contingere, attrectare.
Fluere, diffluere, dilabi.
Retro sublapsa referri, retro ferebatur.

Mens, favor, benevolentia.
Tritonia, Pallas, sic dicta a τριτώ (caput) quia capite Jovis nata est.
Monstra, ostenta, portenta, indicia.
Emicare, exsilire.
Parma, scutum breve.
Tentare fuga aequora, fugere per aequora.
Canere, vaticinari.
Exscindere, evertere.
Omina repetere, auspicia instaurare, redauspicari.
Numen, simulacrum Deae.
Avehere, abducere.
Arma parare, opes et copias bellicas instaurare.
Remensus, iterum pernavigatus.
Digerere, ordinare, interpretari.
Moniti, scil. a Calchante.
Effigies, equi signum.
Statuere, ponere, erigere.
Nefas, facinus impium, scelus.
Piare, expiare.
Robora texta, ligna conjuncta.
Coelo, in coelum.
Sub antiqua religione, sub pristino favore,

quem olim pro religione (cultu), Deâ rependebat.

Omen, praesagium.

Pelopeus, Argivus.

Manere, imminere, ingruere.

Coactus, vi expressus, erzwungen.

Larissaeus, sic dictus Achilles a Larissa, urbe Thessaliae.

Objici, evenire.

Improvida pectora, homines, qui tale quid non praeviderant.

Ductus, creatus, electus.

Sollennes arae, arae, ad quas sollenne sacrificium parabatur.

Horrescere, horrore concuti.

Incumbere, innatare.

Jubae sanguineae, barbae seu comae fulvae.

Exsuperare undis, emimere supra mare.

Legere pontum, leniter trahi in superficie maris.

Sinuare volumine, curvare se in volumen seu spiram.

Arva tenere, in littore esse.

Suffectus, infectus, suffusus.

Sibilus, sibilans.

Vibrans, mobilis, celerrime agitatus.

Exsanguis, timens.

Agmen, impetus.

Certus, deliberatus, destinatus.

Implicare, circumdare spiris seu nodis ac voluminibus.

Morsu depasci, admordere et devorare.

Tela ferens, cum telo in manu approperans.

Spirae, nodi.

Ligare, circumplicare, involvere.

Superare, eminere.

Tendere, conari, contendere.

Sanies, sanguis.

Securis incerta, securis non satis certo et valido ictu depressa.

Lapsu, dum labuntur, serpunt.

Delubra summa, templum Minervae in arce summa.

Saevus, iratus.

Tritonis, Pallas.

Tremefactus, tremore concussus.

Novus, magnus, insolitus, repentinus.

Insinuare, insinuare se, immitti, ergreifen.

Scelus expendere, luere poenas ob scelus commissum.

Cuspis, hasta.

Robur, lignum, equus ligneus.

Intorquere, violenter impellere.

Ad sedes, scil. Deae, i. e. templum, quod in arce erat.

Orandus, exorandus, placandus.

Dividere, dissolvere, disrumpere.

Moenia, aedificia intra muros.

Pandere, patentem viam facere.

Accingere, scil. se, praeparare se.

Subjicere pedibus lapsus rotarum, supponere rotas pedibus equi.

Stuppea vincula, funes ex stuppa, (Werg) contorti.

Intendere, illigare.

Scandere, transcendere.

Fatalis, exitium fatale afferens.

Foeta armis, plena armatis viris.

Sacra, hymni Deae sacrati.

Subire, ingredi, intrare.

Illabi, inferri.

Minans, eminens.

Instare, instanter laborare.

Immemor, improvidus, incogitans.
Infelix, exitium afferens.
Sistere, constituere, ponere, collocare.
Fatis futuris, scil. praedicendis.
Cassandra, Priami filia, vates.
Dei, Apollinis.
Delubra, templa.
Festa frons, frons, quae festis diebus adhibetur, ut, laurus, oliva, hedera.
Velare, coronare.
Vertere, circumagi.
Ruere, surgere, prodire.
Per moenia, fusi per urbem, dispersi.
Conticescere, dormire.
Phalanx, proprie, apud Macedones, peditum stabile agmen, quando vir viro, arma armis conserta sunt: hic, classis.
Ire, venire.
Amicus, gratus, favens.
Flammae, fax.
Defensus, servatus.
Pinea claustra, fores in latere, e pinu factae.
Laxare, aperire, dissolvere.
Patefactus, apertus.

Reddere ad auras, edere in lucem.

Se promere, prodere.

Thessandrus, Polynicis et Argiae filius.

Sthenelus, Capanei et Evadnes filius.

Demissum lapsi per funem, delapsi fune demisso.

Acamas, Thesei filius.

Thoas, Andremonis filius.

Pelides, Pelei nepos, sic dictus Neoptolemus, quia pater ejus Achilles filius fuit Pelei et Thetidis.

Primus, qui primus, inter primos egressus est.

Machaon, Aesculapii filius.

Menelaus, Atrei filius.

Fabricator, auctor.

Dolus, equus ad insidias factus.

Epeos, Panopei filius.

Invadere, aggredi.

Vigiles, custodes equi.

Jungere, se conjungere.

Quies, somnus.

Aeger, infirmus, laboribus fessus.

Serpere, latenter membris infundi.

Raptatus, Aen. I. 483.

Bigae, currus duorum equorum jugo actus.
Ater, respersus, inquinatus.
Exuviae Achillis, arma Achillea Patroclo detracta.
Squalens, sordidus.
Expromere, proferre ex pectore.
Lux, salus.
Dardania, Troja.
Quae tantae tenuere morae, scil. te, warum hast du so lange verweilt.
Defessi, scil. cladibus.
Serenus, hilaris.
Foedare, cruentare.
Ruere ab alto culmine, von seiner Höhe herabsinken.
Dare, praestare.
Penates, publici, patrii Dii, urbis tutela.
Moenia, urbs intelligitur Lavinium.
Moenia miscentur diverso luctu, in urbe miscetur luctus, i. e. ejulatus, clamor, a diversis partibus,
Recedere, removeri, entfernt seyn.
Clarescere, clarius audiri.
Excuti, deturbari.
Ascensu superare, ascendere.

Furentes austri, venti flantes.

Flumen montanum, aqua e montibus praecipitanter defluens.

Praeceps, praecipitanter detractus.

Tum vero manifesta fides, nun war die Sache klar.

Dare ruinam, concidere.

Amplus, magnificus.

Volcano superante, cúm ignis vinceret.

Ucalegon, Ucalegontis domus.

Sigea freta, mare circum Sigeum promontorium.

Amens, sine mente et prudentia, perplexus, attonitus, außer sich.

Nec sat rationis, parum consilii.

Glomerare manum bello, colligere milites ad pugnam.

Ardent animi, ardeo, ardenter cupio.

Praecipitare, turbare.

Succurrere, in mentem venire.

Othryades, Othryos filius.

Sacra, vasa et utensilia sacra.

Dei, simulacra.

Ad limina, scil. meae domus.

Res summa, salus reipublicae.

Quam prendimus arcem, quo confugimus.

Summus, ultimus, novissimus.

Inelactabilis, qui luctando superari non potest.

Ferus, iratus, crudelis.

Fundere, abunde emittere.

Victor, propositi effector.

Insultare, in alienum dolorem gaudere.

Bipatens, utrimque patens.

Angusta viarum, angustae viae.

Stat ferri acies stricta, ensis sublatus et erectus est.

Mucro, cuspis ensis.

Coeco Marte, nocturno proelio, quo cerni ac discerni hostis nequit.

Numen divum, furor divinitus immissus.

Ferri, ruere.

Erinnys, furor, impetus animi.

Fremitus, Getümmel.

Oblatus, obviam factus.

Per lunam, per lunae splendorem.

Adglomerare, se adjungere.

Mygdonides, Mygdonis filius.

Insanus, valde magnus.

Gener, scil. futurus.

Furens,

Furens, vaticinans.
Confertus, congregatus, collectus.
Audere, cum audacia procedere.
Super his, posthaec, inde.
Audens extrema, qui extrema mortis pericula adit.
Quae sit rebus fortuna, quae sit rerum fortuna et conditio.
Excedere, abire.
Quibus, per quos, quibus auxiliantibus.
Succurrere, opem ferre.
Nebula, nox.
Improbus, magnus.
Exigere, agere ex latebris.
Coecus, securus cujuscunque periculi.
Rabies ventris, fames.
Siccus, esuriens.
Vadere, irruere.
Cavus, obscurus.
Fando explicare, verbis enarrare.
Lacrimis aequare labores, miserias ex merito deplorare.
Via, platea.
Inertia corpora, corpora hominum inertium,

imbellium, non repugnantium, i. e. senum, infantum, feminarum.

Poenas dare, caedi, mori.

Praecordia, animus.

Plurima mortis imago, caedes facta cernitur, passim caesorum cadavera projecta.

Caterva, agmen militum.

Socia agmina, agmina sociorum, amicorum.

Sera segnities, segnities, quae seros, i. e. tardos facit.

Rapere ferreque, rauben und plündern.

Responsa non fida satis, responsa, quibus fides haberi non potest, quae fidem non faciunt, adeoque suspecta sunt.

Delabi, incidere.

Reprimere, retrahere, referre.

Improvisus, non antea visus.

Premere, treten.

Humi nitens, incedens per humum, pedem figens.

Attollere iras, erigere caput iratum.

Circumfundere, circumdare.

Adspirare, favere.

Exsultans, sese extollens, superbiens.

Dexter, favens, propitius.

Insignia, arma.

Aptare, applicare, anlegen.

Dolus an virtus, scil. adhibeatur.

Comans, crista aut coma ornatus.

Clipei insigne decorum, clipeus insignitus decorus.

Induitur, scil. loro super humeros injecto, et inserta manu ansae.

Accommodare, applicare, anstecken.

Arma recentia, arma quibus recenter hostem spoliaverant.

Haud numine nostro, numine averso, nobis non propitio, duce.

Coeca nox, nox in qua nihil cerni potest.

Proelia conserere, pugnare.

Nihil fas, non licet.

Invitis divis, Diis abnuentibus, refragantibus.

Fidere, scil. sibi aut fortunis suis.

Priameia virgo, Priami filia.

Tendere, convertere, dirigere.

Arcere, continere, coercere.

Species, spectaculum.

Furiatus, furore captus, concitatus.

Periturus, certus mori.

Incurrere densis armis, irruere in densum agmen hostium.

Facies, forma et species.

Jubae, cristae.

Gemitus, dolor.

Ajax, Oilei filius.

Adversi, ex adverso concitati, contrario flantes.

Ruptus, dissolutus.

Confligere, proelio congredi.

Laetus Eois equis, vectus equis aurorae.

Spumeus, spuma maris aspersus, spumosus.

Fundere, fugare, profligare.

Mentitus, falsus.

Ora sono discordia, discordia et discrepantia sermonis.

Signare, agnoscere.

Ilicet, confestim, mox.

Numerus, multitudo.

Dira armipotens, Pallas.

Servantissimus aequi, qui aequitatem et justitiam praecipue observat.

Tegere, protegere, defendere, servare.

Vices, pugnae, quia per vicissitudinem pugnatur.

Manus, strages inter hostes manu edita.

Vulnus Ulyxi, vulnus ab Ulysse illatum.

Actus, factus.

Testudo, continuata scutorum series, qua tecti milites oppugnationem urgent.

Haerere, admoveri, affigi.

Niti, ascendere.

Ad, contra.

Prensare, prehendere.

Tecta domorum culmina, tectum ipsum, eaeque res, quibus superior pars domus tegitur, h. e. tegulae.

Convellere, concutere, labefactare.

Ultima, ruina, excidium, exitium.

In extrema morte, in ipsa morte, cum jam instaret mors.

Auratus, auro tectus et obductus.

Decora alta, ornamenta superba.

Mucro, ensis.

Obsidere, besetzt halten.

Instaurati animi, renovatum consilium ac propositum.

Auxilio levare, juvare.

Vis, vires, virtus.

Caecus, ignotus aliis nec cognitu facilis et obvius.

Pervius usus tectorum Priami inter se, transitus, per quem commeare et convenire se invicem poterat familia regia, quae per plures domos vel palatii partes dispersa erat.

Postes relicti a tergo, porta quae a tergo erat, opposita illi, quae est in fronte aedium.

Andromache, Hectoris uxor.

Se ferre, se conferre.

Trahere, ducere.

Irritus, nihil profuturus.

In praecipiti stans, in editiore loco positus.

Eductus sub astra, in altum exstructus.

Ferrum, ferrei unci.

Labans, cedens, laxans se.

Junctura, Fuge.

Tabulatum, Stockwerk.

Habere, praebere.

Trahere, facere.

Alii subeunt, scil. in caesorum locum.

Vestibulum, janua, qua vestibulum intratur.

Exsultare, pugnare.

Luce ahena coruscans, resplendens fulgore armorum aereorum.

Malus, noxius, venenatus.

Bruma, hiems.

Tumens, inflatus, repletus succis venenatis.

Positis exuviis, vetere pelle deposita.

Novus, innovatus.

Arduus, erectus.

Equorum agitator, auriga.

Scyria pubes, milites, quos e Scyro, insula de Cycladibus una, Pyrrhus adduxerat, ab avo Lycomede acceptos.

Succedere tecto, fores adoriri.

Durus, e dura materia factus, validus.

Bipennis, securis ex utraque parte aciem habens.

Postes aerati, fores, aere obductae.

Vellere, movere, labefactare.

Cavare, perforare.

Robora firma, fores roboreae.

Dare, efficere.

Os, foramen.

Fenestra, apertura.

Penetrale, pars interior domus.

Misceri, perturbari.

Cavus, cameratus, gewölbt.

Plangor, proprie, percussio, deinde lamentatio.

Ferire sidera, ascendere ad coelum.

Errare, discurrere.

Claustra, fores roboreae.

Sufferre, sustinere.

Labare, ruere.

Aries, arietatio, pulsatio, concussio.

Rumpere, eröffnen.

Trucidare, necare, caedere.

Exire, austreten.

Gurges, impetus aquarum.

Moles, Damm.

Ferri, irruere.

Cumulus, aqua cumulata.

Nurus, filii uxor.

Barbaricum aurum, Phrygium aurum; Phryges enim inprimis barbari dicti a Graecis.

Superbus, ornatus.

Aevo, prae senio, prae infermitate aetatis senilis.

Sub nudo aetheris axe, sub dio, unter freiem Himmel.

Incumbere, sich lehnen.

Penates, simulacra Deorum privatorum Priami.

Praeceps, celer.

Condensus, zusammengedrängt.

Mens dira, mens, quae dira, male ominata, abominanda consilia agitat.

Tempus, status rerum praesentium.

Concedere, se conferre.

Sacra sedes, ara.

Longaevus, senex.

Porticus, Halle.

Infesto vulnere, infeste, hostili more, ut vulnus inferat.

Premere, transfigere.

Evadere, pervenire.

Media in morte teneri, in praesenti mortis periculo esse.

Abstinere, se continere.

Parcere, reprimere, prohibere.

Ausum, factum, quod quis audet, seu sustinet aggredi.

Pietas, respectus ac miseratio ejus, qui indigna patitur.

Curare, vindicare.

Grates, poena.

Foedare, contaminare.
Funus, caedes, sanguis.
Satus, progenitus.
Fides, incolumitas, sanctitas.
Supplex, humiliter in genua prolapsus precans.
Erubescere, vereri.
Exsanguis, mortuus.
Sepulcro, ad sepulturam.
Telum sine ictu, telum quod vulnus non facit, non penetrat.
Raucum aes, aereus clipeus, qui percussus raucum sonitum edebat.
Nequicquam, sine effectu et vulnere.
Umbo, editior et media pars clipei.
Pelides, Pelei filius, Achilles.
Referre, recitare, narrare.
Tristis, atrox.
Degener, moribus patris non respondens.
Lapsare, titubare.
Extollere, sustollere, intentare.
Capulum, Heft, Griff, Gefäfs.
Sorte, fatali necessitate.
Ferre, auferre.
Truncus, corpus humanum abscisso capite.

Avulsus, abreptus, abscissus.

Corpus sine nomine, corpus sine nota, qua agnosci posset.

Subire, in mentem venire.

Aequaevus, ejusdem aetatis.

Creusa, Aeneae conjux, Priami filia.

Casus, fortuna.

Copia, milites, pugnantes.

Defessus, exhaustus viribus.

Corpus saltu ad terram mittere, in terram insilire.

Corpus ignibus saltu dare, in ignem insilire.

Aeger, saucius.

Unus, solus.

Limina Vestae, limina templi, in quo Vesta colebatur.

Servare, tenere, obsidere.

Tyndaris, Helena, Jovis filia e Leda uxore Tyndarei.

Passim oculos per cuncta ferre, ubique circumspicere.

Erinnys, Furia: sic dicitur Helena, quia causa fuit belli perniciosi inter Graecos et Trojanos.

Invisus, abditus, occultus.

Exarsere ignes animo, animus ira exarsit.

Ira, impetus ex ira.

Sceleratae poenae, poenae a scelerato sumtae.

Partus, acquisitus.

Patres, parentes.

Phrygii ministri, Trojani captivi in servitium illi addicti.

Sudare, madefieri, humectari.

Nullum memorabile nomen, nulla gloria.

Poena feminea, poena a femina sumta.

Nefas, nefaria femina, scil. Helena.

Merentes poenae, poena a merente sumta.

Animum explere, seinen Muth kühlen.

Ultrix flamma, ultrix ira, ultio.

Cineres, manes, umbrae.

Satiare, expiare, sanguine explere.

Furiata mente ferri, furore concitari.

Confiteri, sich zu erkennen geben.

Coelicolae, coelum habitantes.

Quonam nostri tibi cura recessit, wo bleibt die Sorge für die Unsern bei dir?

Aspicere, circumspicere.

Superare, superesse, vivere.

Errare, divagari.

Ferre, absumere.

Haurire, transfigere, percutere.

Lacaenus, Lacedaemonius.

Invisus, odiosus.

Culpatus, qui in culpa est, criminosus, reus.

Inclementia, saevitia.

Sternere, dejicere.

Obductus, superductus.

Tueri, intueri, videre.

Eripere, auferre.

Disjectus, eversus.

Moles, aedificia, magnifice exstructa.

Undare, ad undarum speciem in aërem erigi, exsurgere.

Quatere, concutere.

Ab sedibus eruere, von Grunde aus zerstören.

Accinctus, armatus.

Insedere, occupare.

Nimbus, candida et lucida nubes.

Gorgo, Medusa, cujus caput erat in clipeo Minervae, qui Aegis dicebatur.

Secundus, faustus, efficax.

Sufficere, subministrare, suggerere.

In Dardana arma, contra Trojanos.

Eripere fugam, raptim capessere, accelerare fugam.

Finem imponere labori, a pugna discedere.

Condere, occultare, obvolvere se.

Considere in ignes, incendio vinci.

Neptunia, sic dicta Troja, quia a Neptuno erat exstructa.

Accisus, in exterioribus excisus, angehauen.

Instare, operam dare, laborare.

Coma, frondes, rami.

Nutare, vacillare, huc illuc agitari.

Vulnera, ictus ferri.

Evictus, superatus.

Juga, cacumina montium.

Ruinam trahere, proruere.

Expedire, liberum iter habere.

Dare locum, Platz machen.

Tollere, exportare.

Excisus, eversus.

Vitam producere, amplius vivere.

Integer aevi sanguis, iuvenilis vigor.

Agitare fugam, deliberare, disponere de fuga.

Satis una superque vidimus excidia, satis, su-

perque est, quod semel excidium urbis vidi.

Superare, supervivere.

Positum affati discedite corpus, praestate corpori meo funebre officium, et ubi effati estis ultima illa verba, quae dici solent mortuis, vale! vale! discedite.

Manu, scil. hostis.

Exuviae, spolia.

Facilis jactura sepulcri, pro nihilo reputabo, si fuero insepultus.

Demorari annos, morari in vita.

Venti fulminis, aura, spiritus, halitus fulminis.

Perstare, perseverare.

Fixus, firmus in proposito.

Vertere, evertere, perdere.

Fato urgenti incumbere, exitium imminens accelerare.

Abnegare, renuere, recusare.

Haerere, manere.

Efferre pedem, scil. e domo.

Tantum nefas patrio excidit ore? num tu, qui pater es, rem tam nefariam mihi suadere potes?

Sedet, firmiter decretum est.

Janua, via.

Lux, dies.

Instaurata proelia revisere, ad proelium renovatum redire.

Numquam, non.

Clipeus, lorum clipei, insertorium dictum.

Insertare, hineinstecken.

Aptare, accommodare.

Extra tecta se ferre, domo exire.

Tendere, offerre, porrigere.

Monstrum, miraculum.

Fundere lumen, lucere.

Apex, flamma in apicem acuminata, eine spitzzulaufende Flamme.

Tactu innoxia, quae, dum tangeret, non nocebat.

Pasci, foveri, nutriri.

Fontes, aqua.

Hoc tantum, scil. plura a te non peto.

Laevum, ex laeva coeli parte.

Fax, leuchtender Schweif.

Sulcus, Strich.

Victus, a pristino proposito recedens.

Se tollere ad auras, e strato se attollere, surgere.

Affari deos, precari.

Vestro in numine Troja est, Troja mihi erit, quocunque vestrum numen, i. e. augurium nos ducet.

Ignis, strepitus ignis.

Incendia aestus volvunt, flamma appropinquat.

Subire, aufnehmen.

Gravare, molestiam afferre.

Quocunque res cadent, quicunque sit exitus rerum.

Longe, e longinquo.

Servare vestigia, observare gressus.

Religio, cultus.

Ex diverso, ex diversis partibus ac viis.

Sedes, locus.

Attrectare, tangere.

Vivus, semper fluens.

Subjecta colla, collum, quod subiicitur, submittitur oneri imposito.

Insternere, tegere, operire.

Succedere oneri, suscipere onus.

Se implicare, sich schmiegen.

Subire, sequi.

Opaca locorum, umbrosa loca.

Adversus, hostilis.

Excitare, consternare, terrere.

Suspensus, sollicitus.

Vicis, fortuna, periculum.

Adesse, accedere.

Male amicus, inimicus, infestus.

Confusus, perturbatus.

Avia, loca a via remota, per quae non datur via.

Excedere nota regione viarum, deflectere de viis notis.

Post, postea.

Repetere urbem, in urbem redire.

Stat, decretum est apud me.

Gressum efferre, egredi, exire.

Lumine lustrare, circumspicere.

Pedem ferre, ire, se conferre.

Edax, verzehrend.

Exsuperare, vincere.

Ad auras, ad coelum.

Asylum, templum.

Phoenix, Amyntoris filius, Achillis magister.

Troia gaza, thesaurus Trojanus, opes Trojanae.
Auro solidus, factus ex auro solido.
Captiva vestis, vestis captivorum.
Jactare voces, clamare.
Tectis urbis, intra urbis moenia.
Infelix, infeliciter amissus.
Notus, pristinus.
Indulgere, nachhängen.
Numen, nutus, voluntas.
Asportare, abducere.
Fas, fatum, seu voluntas deorum.
Exsilia, iter.
Maris aequor arare, mare pernavigare.
Lydius, Etruscus: ex vetere enim opinione Etrusci a Lydis originem ducebant.
Agmen, impetus, fluxus, decursus.
Partus, paratus.
Lacrimae Creusae, lacrimae propter Creusam.
Sedes superbae, regiae superborum dominorum.
Dardanis, e Dardani progenie.
Deum Genetrix, Cybele.
Recedere, evanescere.
Consumtus, peractus.

Exsilio, ad fugam.
Surgere, oriri.
Lucifer, stella Veneris, stella matutina.
Ducere, adducere, ferre.
Limina portarum, portae.
Spes opis, spes auxilii patriae ferendi.
Cedere, discedere.

LIBER III.

Res Asiae, regnum Asiae.
Diversus, in diversa regione positus.
Auguria, prodigia, ostenta, portenta.
Agi, impelli.
Antandros, urbs, versus meridiem ab Ilio, ad sinum Adramyttenum.
Moliri, parare, fabricare.
Sistere, festen Fuſs fassen.
Contrahere, congregare.
Prima aestas, prima aestatis pars, h. e. ver.
Fatis, propter Deorum iussa et monita.
Vastus, amplus, magnus.
Mavortius, Marti sacer.

Acer, saevus, cruentus.
Fortuna, scil. prospera, secunda.
Locare, statuere, exstruere.
Ingredi, incipere.
Iniquus, malignus, sinister, non favens.
Dionaea, Venus, Diones filia.
Ferre sacra, sacrificare.
Auspex, auxiliator.
Nitidus, candidus.
Quo summo, in cujus vertice.
Hastilia, virgae myrti, unde hastas et jacula faciebant veteres.
Silva, virgae, virgulta.
Liqui, destillare, defluere, manare.
Tabum, sanguis corruptus.
Quatere, concutere, trepidare facere.
Coire, congelari.
Lentum vimen, flexibile virgultum.
Insequi, instare.
Movere animo, überlegen.
Venerari, adorare.
Gradivus pater, Mars, sic dictus, quia in pugnis magnis gressibus incedit.
Getica arva, Thracia, a Getis populis Thraciae sic dicta.

Secundare, secundum eventum dare.
Visus, visum, ostentum, portentum.
Levare, in bonum convertere.
Nisus, conatus.
Obluctari, adversus aliquid luctari et niti, sich gegen etwas stemmen.
Adversa arena, terre desuper incumbenti opposita.
Sepultus, terra obrutus fortuita, jacens, prostratus.
Parce, cave, noli.
Scelerare, sceleste et impie polluere.
Ferre, proferre, gignere.
Externus, peregrinus.
Littus avarum, littus, in quo rex avarus imperium tenet.
Polydorus, Priami filius.
Seges, multitudo.
Jaculis increscere, excrescere in arbores, unde jacula petuntur.
Anceps, dubium et incertum reddens.
Pressus, oppressus.
Mandare, tradere, committere.
Threïcius rex, intelligitur Polymnestor.
Diffidere, desperare.

Dardania, Troja.

Res Agamemnoniae, partes Agamemnonis.

Fas omne abrumpere, divina humanaque iura infringere, violare.

Obtruncare, occidere.

Sacer, execrabilis.

Fames, cupido, aviditas.

Proceres, primarii, principes.

Quae sit sententia, quid faciendum sentiant.

Animus, sententia, consilium.

Pollutus, violatus.

Dare classibus austros, mit der Flotte absegeln.

Instaurare funus, pompam funebrem celebrare, officium funebre facere.

Ingens tellus, magna moles terrae.

Aggerere, accumulare.

Stare, statui, erigi, poni.

Caeruleus, niger.

Moestus, moestitiam declarans.

Cupressus, cupressini frondes.

Ater, funestus.

Inferre, inferias ferre, Todtenopfer bringen.

Cymbium, poculorum genus, cymbae simile.

Lac tipidum, lac recens mulsum.

Sanguis sacer, sanguis de victimis sumtus.

Animam sepulcro condere, manes placare, ut quieti suae reddantur.

Supremum, ultimo loco.

Ciere, vocare, nominatim inclamare, et dicere: vale.

Ubi prima fides pelago, ubi primum potuimus confidere mari.

Placatus, tranquillus.

Dare, permittere, concedere.

Lenis crepitans auster, ventus lene murmur efficiens.

Deducere, in mare ducere.

Mari, scil. Aegaeo.

Tellus, insula, scil. Delos.

Nereidum mater, Doris.

Pius, gratus erga insulam.

Arcitenens, Apollo sic dictus ab arcu.

Errans, vagans, fluctuans.

Gyarus et Myconus, insulae in mari Aegaeo.

Revincire, colligare.

Anius, Apollinis et Rheae filius, rex Deli.

Redimitus, cinctus, ornatus, coronatus.

Jungere dextras, die Hände geben.

Hospitio, hospitii pristini iure, propter hospitium, quod jam inter Anchisen et Anium fuerat.

Proprius, perpetuus, stabilis, firmus.

Domus, sedes, habitatio.

Thymbraeus, sic dictus Apollo a Thymbra, Troadis vico, ubi lucus et templum ejus erat.

Dare, significare, indicare.

Genus, locus generi futuro, sedes stirpis, a qua nova posteritas ducat originem.

Mansurus, perduraturus, perpetuus.

Augurium, oraculum.

Illabi animis, descendere in mentem, insinuare se, suam vim, animo, explicare, illustrare, sich verständlich machen.

Adytum, penetrale templi.

Cortina, operculum tripodis.

Reclusus, patefactus.

Submissi petimus terram, provolvimur in terram.

Ferri, pervenire.

Durus, labores expertus, fortis, perdurans.

Stirps, origo.

Uber, solum foecundum.

Reduces, redeuntes.
Volvere, revolvere animo, agitare animo, repetere.
Monumenta virorum, historiae.
Cunabula, origines.
Uber, fertilis.
Maximus, antiquissimus, primus.
Pater, auctor generis, Stammvater.
Rhoeteae orae, regiones Troadis, ubi promontorium Rhoeteum.
Optare, eligere.
Mater, scil. Deorum.
Cultrix, quae colit, habitat, versatur.
Cybele, mons Phrygiae.
Corybantia aera, cymbala Corybantium, i. e. sacerdotum Cybeles.
Junctus, angespannt.
Subire currum, trahere currum.
Gnosia regna, Creta, ab urbe Gnoso sic dicta.
Longo cursu distare, weit entfernt liegen.
Adesse, auxilio esse, favere.
Lux, dies.
Sistere, exponere.

Honores, victimae, quae in Deorum honorem mactantur.

Cedere, excedere.

Idomeneus, rex Cretensis, qui a suis exactus tandem in Sallentino agro extremae Italiae consedit.

Adstare, esse.

Ortygia, unum ex vetustis nominibus Deli.

Bacchata jugis Naxos, Naxos, insula in mari Aegaeo, in cujus montibus sacra Bacchica celebrantur.

Viridis, silvosus, herbosus.

Donusa, *Olearos*, *Paros*, insulae in mari Aegaeo.

Nivea, sic dicta Paros a candidis marmoribus.

Cyclades, insulae in mari mediterraneo, sic dictae, quod circulari figura sitae apparent.

Legere, praeternavigare.

Concitus, concitatus, commotus.

Terrae, insulae.

Nauticus exoritur vario certamine clamor, nautae clamant certantes vario modo et sono.

Proavi, majores.

Surgere, flare.

Curetum orae, Creta, cujus primi incolae Curetes fuerunt.

Allabi, adnavigare, accedere.

Gens, socii a Troja profecti.

Amare focos, domicilia sibi parare, et privata tecta, eaque libenter incolere.

Attollere, exstruere, aedificare.

Operatus, beschäftigt.

Jura, leges.

Domos dare, locum domiciliis statuendis assignare.

Tabidus, verzehrend.

Coeli tractus, aëris regio.

Lues, pestilentia, Seuche.

Letifer, mortem afferens.

Linquere animam, mori.

Steriles exurere agros, exurendo agros steriles reddere.

Sirius, vid. Georg. IV. 425.

Arere, desiccari.

Remensus, renavigatus.

Veniam precari, placare Deum.

Fessae res, calamitates.

Ferre, oraculo monstrare.

Tentare auxilium laborum, petere remedium malorum.

Insomnis, somni expers.

Fenestrae insertae, aperturae in pariete.

Limina, cubiculum.

Arma, imperium, ductus.

Sub te, te duce.

Permetiri classibus, pernavigare.

Tollere in astra, ad summum potentiae fastigium extollere.

Moenia parare, urbem condere.

Magnis, nepotibus, ad tantam imperii opumque magnitudinem perventuris.

Fuga, profectio, navigatio.

Linquere laborem, molestiam aversari, recusare.

Delius, sic dictus Apollo ab insula Delo, in qua natus erat.

Est locus, vid. Aen. I. 530 — 533.

Jasius, frater Dardani, filius Jovis.

Princeps, auctor.

Non dubitandus, certissimus, verissimus.

Corythus, urbs Hetruriae.

Terrae Ausoniae, Italia.

Palinurus, Jasii filius, gubernator Aeneae.

Soles, dies.

Aperire, ostendere se.

Cadere, demitti, contrahi.

Insurgere, inniti, incumbere.

Torquere spumas, torquendo remos excitare spumas.

Caerula, mare.

Verrere, propellere.

Strophades, insulae duae in mari Jonio, ex adverso Peloponnesi, ante Zacynthum sitae.

Stare, esse.

Harpyiae, tres fuerunt, Aello, Ocypete et Celaeno.

Phineïa domus, domus Phinei, regis Arcadiae, e qua Harpyiae, quae cibum ei abripiebant, a Zetho et Colai, Boreae filiis expulsae sunt.

Tristis, dirus, execrabilis, abominabilis.

Ira Deum, res quae ab ira Deorum venit, a Diis iratis immittitur.

Virginei vultus, vultus, quales virgines habent.

Proluvies, sordes effusae.

Uncae

Uncae manus, ungues.

Laetus, laetitiam afferens.

Caprigenum pecus, caprae.

In partem praedamque vocare, participem facere praedae, decimam partem praedae devovere.

Torus, stratum in quo sedetur vel cubatur; hic, stratum e cespite.

Opimus, pinguis.

Horrificus, horrorem injiciens.

Lapsus, volatus.

Foedare, polluere, maculare.

Teter, foedus, turpis, odiosus.

Vox, stridor.

Secessus, locus secretus, remotus.

Ara, focus.

Ex diverso, scil. tractu, ex diversis regionibus.

Caecus, obscurus.

Sonans, cum sonitu.

Polluere, contaminare, inquinare.

Edicere, imperare.

Misenus, Aeoli filius, Aeneae tubicen.

Aes cavum, tuba.

Novus, insuetus.

Obscoenus, foedus visu et olfactu.
Foedare, caedere, vulnerare.
Sub sidera, in sublime.
Semesus, halbgegessen.
Praecelsus, valde sublimis.
Infelix vates, nuntia infelicitatis.
Rumpere vocem, vid. Aen. II. 129.
Stratus, occisus.
Laomedontiadae, Trojani, a Laomedonte filio Ili, patre Priami sic dicti.
Animis figere, wohl behalten.
Venti vocati, günstige Winde.
Ire, pervenire.
Datus, fatis concessus.
Injuria nostra caedis, ultio et poena injuriae isti debita, quam fecistis, dum nostram caedem meditati estis.
Ambesus, undique esus, circumrosus.
Subigere, cogere.
Malis absumere, comedere, devorare.
Pennis ablata refugit, avolavit.
Dirigere, erstarren.
Jubere, velle.
Pax venia.
Passis palmis, manibus extensis.

ndicere, denuntiare.

Minae, malum sinistro vaticinio denuntiatum.

Funis, retinaculum navis.

Excussus, evolutus.

Laxare, solvere.

Rudentes, funes velorum et antennarum.

Tendere vela, die Segel schwellen.

Vocare, ducere.

Zacynthos, insula in mari Jonio, hodie Zante.

Dulichium, *Same*, *Neritos*, insulae in mari Jonio.

Ithaca, parva insula maris Jonii, patria Ulyssis.

Laertia regna, ubi regnabat Laertes pater Ulyssis.

Altrix, quae alit, nutrit.

Exsecrari, maledicere.

Leucates, promontorium Leucadis seu Leucadiae, olim peninsulae, postea insulae.

Nimbosus, nubibus tectus.

Formidatus nautis, quem timent nautae.

Aperiri, in conspectum venire.

Apollo, loca saxosa, Apollini dicata, ubi templum Apollinis erat.

Tellus insperata, tellus, qua potiri non sperabamus.

Lustrari, expiari immolandis sacrificiis.

Jovi, in honorem Jovis.

Votis incendere aras, victimas sacrificare in aris.

Actia littora Iliacis ludis celebrare, in littore Actiaco celebrare ludos, ea ratione qua fieri solent a Trojanis, Trojano ritu.

Exercere patrias palaestras, luctari patrio more.

Oleum labens, oleum, quod dilabitur, diffluit, corpori illitum.

Juvare, delectare, gaudio implere.

Fugam tenere, iter perficere.

Sol circumvolvitur annum, sol peragit annuum cursum.

Glacialis, glaciem congelans.

Asperare undas aquilonibus, procellis obruere mare, et impedire navigationem.

Aere cavo clipeus, clipeus aereus incurvatus.

Gestamen, quidquid geritur.

Abas, Graecus quidam ab Aenea occisus et spoliatus.

Figere, affigere.

Carmen, inscriptio, titulus.

Aeneas, scil. consecravit, posuit.

De Danais victoribus, scil. rapta.

Arma, h. l. clipeus.

Transtra, scamna remigum.

Phaeaces, populi Corcyrae sub rege Alcinoo.

Abscondere, navigando praeterire, quae enim praeternavigamus, abscondi atque evanescere videntur.

Arces aëriae, montes alti.

Buthrotum, urbs Epiri, Chaonibus quondam habitatae, hinc *portus Chaonius*.

Incredibilis rerum fama, incredibilium rerum fama.

Priamides, Priami filius.

Conjugium, conjux.

Aeacides, sic dictus Pyrrhus, quia proavus ejus Aeacus fuit.

Sceptra, regnum.

Patrius maritus, maritus ejusdem originis, scil. Trojanae.

Cedere, matrimonio haberi, relinqui, venire in alterius potestatem.

Amor, cupiditas, studium.

Compellare, alloqui.

Solennis, anniversarius, legitimus.

Dona, libationes, sacrificia.

Falsus, simulatus: nam non erat verus Simois, qui ad Trojam ex Ida monte defluebat, sed nomen Simoentis ad eum translatum erat.

Libare, sacrificare.

Inanis, sic dicitur tumulus, in quo non est cadaver: (cenotaphium.)

Troïa arma, viri Trojani.

Amens, consternatus, stupefactus.

Monstrum, prodigiosus aspectus.

Derigere, obstupescere.

Visu in medio, dum me videt.

Labi, in Ohnmacht sinken.

Verane te facies mihi adfers, num appares mihi tanquam vera facies viri, cujus speciem habes?

Verus mihi nuntius te affers, num advenis tanquam verus nuntius tui, ut vere ille sis, quem vultus nuntiat?

Lux alma, vita.

Furens, impatienter dolens.

Subjicere, respondere.

Rarae voces, voces quae per intervalla proferuntur, abgerissene Worte.

Hiscere, os aperire, loqui.

Extrema, pericula et discrimina.

Quis casus te excipit? ad quam fortunae conditionem decidisti?

Dejectus, privatus.

Digna, scil. te, priore illa fortuna.

Revisere, heimsuchen.

Connubia servare, matrimonio haberi.

Demissus, humilis, tenuis.

Priameïa virgo, Polyxena Priami filia ad Achillis tumulum caesa.

Quae sortitus non pertulit ullos, quae victori per sortem non cessit.

Fastus, superbia.

Juvenis superbus, Pyrrhus.

Servitio enixae, quae in servitute pepererunt.

Ledaea, sic dicitur Hermione, filia Menelai et Helenae, quia Leda fuit mater Helenae.

Hymenaei, nuptiae.

Transmittere, tradere.

Conjux, sponsa.

Scelerum Furiis agitatus, a Furiis stimulatus, incitatus, impulsus, propter scelus commissum in matrem Clytemnestram, quam scilicet occiderat.

Orestes, filius Agamemnonis.

Excipere, ex inopinato opprimere, ex insidiis adoriri, hinterlistig überfallen.

Incautus, qui sibi non praecavet.

Patriae arae, arae patri Achilli Delphis factae.

Redditus, datus.

Cedere, zufallen.

Dicere, nominare.

Addere, imponere, exstruere.

Appellere, herführen.

Superare, vivere.

Vesci aura, vid. Aen. I. 546.

Parens, mater.

Antiqua virtus, virtus majorum.

Avunculus, consanguineus.

Fundere, loqui.

Incassum, frustra.

Afferre sese, advenire.

Lacrimas fundere, lacrimari.

Simulatus, assimilatus, effictus ad similitudinem.

Arens, avidus.

Accipere, bewirthen.

Aurum, vasa aurea.

Aurae vela vocant, ventus secundus invitat, ut vela expandantur.

Carbasus, proprie, subtilissimi lintei genus; deinde, vestis ex hoc linteo; denique, ut h. l. velum.

Trojugena, in Troja genitus.

Interpres divum, qui voluntatem deorum hominibus indicat.

Numina Phoebi sentire, afflatu Apollinis tangi divinoque furore impleri, et tunc futura praedicere et oracula edere.

Tripus, mensa in templo Delphici Apollinis, cui insidens Pythia vaticinabatur: hinc, *tripodas sentire*, vim divinam animo capere, quam Pythia mente recipere solet.

Clarius, sic dictus Apollo a Claro, luco

apud Colophonem, lauris circumdata, ubi colebatur, hinc

Clarii lauros sentire, oracula intelligere, quae in templo Apollinis Clarii eduntur.

Sidera sentire, nosse quae ex sideribus ad praevidenda futura intelligi possunt.

Volucrum linguae, avium cantus.

Praepes pennae, avis secundo auspicio volans.

Omina, volatus.

Prospera religio, vaticinium prospera nuntians, praedictiones laetae ac secundae.

Numen, effatum divinum.

Tentare, quaerere.

Repostus, remotus.

Novus, inauditus, ab aliis non significatus.

Dictu nefas, abominandum.

Prodigium, eventus rerum prodigii similis.

Irae, calamitas, malum ex ira Harpyiae.

Obscoena fames, fames, quae homines compellit ad edenda ea quae sunt obscoena, nauscamque faciunt.

Sequi, observare.

Pax, benevolentia.

Limina, templum.

Suspensus, percussus, perturbatus.
Numen, majestas, vis manifesta dei, quae horrorem ac reverentiam facit.
Majoribus auspiciis, secundum voluntatem ac decretum deorum, sub tutela deorum.
Fides, certitudo.
Sortiri, disponere, ordinare.
Volvere vices, moderari vicissitudines rerum.
Is vertitur ordo, scil. fatorum, ita succedunt sibi fata.
Tutior, tutius, minore cum periculo.
Hospita aequora, maria navigantibus amica, quae navigantes tutos ac salvos transmittunt.
Considere, sedem facere.
Expedire dictis, exponere.
Saturnia, filia Saturni.
Principio, ante omnia.
Reri, arbitrari.
Ignare, scil. fati, rerum futurarum.
Invadere, intrare.
Dividere, sejungere, separare.
Invius, difficulter emetiendus.
Trinacria unda, mare Siculum.
Lentare, flectere, ducere, agere.

Sal Ausonium, mare Ausonium, pars maris Jonii.

Lustrare navibus, circumnavigare.

Inferni lacus, Avernus.

Aeaea, sic dicta Circe ab Aea, Colchidis urbe.

Circe, filia Solis.

Componere, ponere, condere.

Condita mente tenere, memoria tenere.

Secretum flumen, pars secreta, ab hominum frequentia remota fluminis, scil Tiberis.

Litoreus, qui in litore est.

Triginta capitum foetus enixa, quae triginta suculas peperit.

Mensarum morsus, morsus, quibus prae fame mensa erit absumenda.

Via, ratio.

Adesse, auxilio esse.

Perfundi aequoris aestu, allui a mari.

Moenia, urbes.

Locri, intelliguntur Locri Epizephyrii in Brutiis, ad littus Italiae extremae exterius, Locrorum Opuntiorum colonia.

quorum urbs erat Naryx, vel Narycium, hinc: *Narycii*.

Sallentini agri, regiones Sallentinorum in Calabria.

Obsidere milite, invadere vi militari.

Lyctius, sic dicitur Idomeneus rex Cretensium a Lycto urbe Cretae, unde pulsus est.

Dux Meliboeus, sic dicitur Philoctetes ab urbe patria, Meliboea Thessaliae.

Philoctetes, filius Paeantis, celeberrimus comes Herculis.

Subnixus, cinctus, circumdatus, fultus, munitus.

Petelia, urbs Calabriae.

Transmissus, übergesetzt.

Stare, in statione esse.

Classes, naves.

Adopertus, tectus.

Amictus, vestitus.

Omina turbare, omina infelicia reddere.

Tenere, servare.

Castus, pius.

Religio, observatio religiosi ritus.

Digressum, scil. ab oris Italiae.

Victor, effector propositi, compos voti.
Fines Italos mittere, dimitteris, discedes, ad Italiam petendam.
Cumaea urbs, Cumae, urbs Campaniae.
Divinus, sacer, diis consecratus.
Silvae, silvarum strepitus.
Insanus, plenus numinis, begeistert.
Rupe sub ima, in antro.
Foliis, scil. palmae.
Notae, litterae.
Nomina, verba.
Mandare, scribere.
Digerere in numerum, ordinare, disponere in ordinem.
Seclusus, inclusus.
Verso cardine, aperta janua.
Janua, scil. mota, motaque cum ipsa, aura.
Turbare, in Unordnung bringen.
Frondes, folia.
Volitans, herumflatternd.
Prendere, colligere.
Revocare situs, reparare positus et ordines foliorum, reponere ea in sua loca.
Jungere, per ordinem connectere.

Incon-

Inconsulti, quibus consultum, responsum non est.

Sibylla, vates, fatidica virgo: plures fuerunt, quarum celeberrima Sibylla Cumana.

Dispendium, damnum.

Mora, cunctatio, dilatio.

Tanti esse, so wichtig seyn.

Increpitare, objurgare, obmurmurare.

Vi, vehementer.

Cursus, prospera navigatio.

In altum vela vocare, naves invitare in mare.

Sinus, scil. velorum, concavitas velorum, quum a ventis inflantur.

Secundus, secundo vento inflatus.

Oracula, responsa.

Canere, praedicere.

Vocem atque ora resolvere, os aperire ad loquendum.

Volens, benignus.

Expedire, declarare.

Dare, monstrare.

Veneratus, invocatus, rogatus.

Ferre ad aethera, ad coelum extollere.

Sectus elephantus, ebur in lamillas sectum.

Stipare, imponere, collocare.

Dodonaei lebetes, vasa aenea, qualia sunt in templo Jovis Dodonaei.

Lorica, tegumentum pectoris e corio crudo factum, Brustharnisch.

Consertus, conjunctus.

Hami, catenulae se invicem mordentes.

Trilix, tribus liciis constans, triplex.

Conus, pars galeae prominens, cui haerent cristae, die Spitze am Helm.

Crista, Helmbusch.

Comans, wallend.

Parenti, scil. Anchisae.

Duces, conductores itineris.

Remigium supplere, remiges deficientes addere.

Classem velis aptare, naves instruere, velis vento excipiendo expansis.

Ventus ferens, ventus secundus.

Honor, verba honorifica.

Cura deum, quem dii amant.

Pergameae ruinae, Trojae interitus.

Arripere, invadere, intrare.

Praeterlabi, praeternavigare.

Pandere, oraculo designare.

Provehi, sermone progredi, pergere in sermone, fortreden.

Surgens, oriens.

Demoror austros, demoror vos, quo minus austris (ventis) utamini.

Digressus supremus, ultimum digressus momentum, die Abschiedsstunde.

Picturatus, acu pictus.

Subtemen, filum.

Vestis, stragula, Decke.

Chlamys, proprie, vestimentum militare, deinde venatorium, denique puerile, quod pueris donabatur, ad faustum quoddam omen futurae militiae.

Nec cedit honori, scil. munerum, quo usus erat Helenus erga Anchisen, i. e. non minus honorifice Ascanium muneribus impertiit.

Textilibus donis onerare, mit gewirkten Sachen beschenken.

Monumenta manuum mearum, quae tibi mei et mearum manuum memoriam facient.

Longus, longe duraturus.

Tui, populares et amici.

Super, superstes, restans.

Sic oculos ferre, tales oculos habere.

Aequali aevo pubescere, zugleich heranwachsen.

Lacrimae obortae, lacrimae sponte cadentes.

Peragere fortunam, constituere res suas, jam venisse ad id, quo tenditur, aut eo, ut novam non amplius fortunam quaerere debeas.

Arare maris aequor, pernavigare mare.

Obvius, obnoxius, expositus furori.

Data, scil. fato.

Olim, aliquando.

Populos Epiro Hesperia, populos Epiri et Hesperiae.

Casus, fortuna, calamitas.

Utraque Troja, quam vos condidistis, et nos condemus.

Animus, studium, voluntas.

Manere nepotes, relinqui nepotibus.

Ceraunia, montes Epiri.

Ruere, occidere.

Umbrari, umbra tegi.

Sortiri remos, per sortem dividi ad officia remigandi.

Curare, pflegen.

Orbis medius, medium coeli.

Horis acta, horis exactis.

Subire, ascendere, evehi.

Auribus aëra captare, aures advertere, si quoddam murmur aëris audiatur, quod futuram tempestatem indicat.

Tacitus, nocturnus.

Labens, sich drehend, rollend.

Arcturus, vid. Aen. I. 744.

Armatus auro, sic dicitur Orion quia balteus ejus et gladius clarissimis fingitur stellis.

Cuncta constant, omnia composita et tranquilla sunt, nihil occurrit, quod inconstantiam coeli nuntiet.

Dat clarum signum, scil. tuba.

Movere castra, stationem nauticam relinquere.

Velorum alae, extremae velorum partes, laciniae, anguli.

Corona induere, bekränzen.

Vocare, invocare.

Potentes, domini.

Ferre viam facilem, dare navigationem faustam.

Vento, vento secundo immisso.

Spirare, aspirare, favere.

Secundus, propitius.

Crebrescere, augeri.

Patescere, patefieri.

Arx, mons.

Legere, colligere, stringere.

Ab Euroo fluctu, ab ea parte maris, quae orientem spectat.

In arcum, in formam arcus.

Objectus, oppositus.

Salsa aspergine, aqua maris aspersa.

Gemino muro, in morem duplicis muri.

Demittere brachia, sensim decrescere, allmählig senken.

Turritus, in turris modum altus.

Refugere, retrocedere ex aspectu.

Late, late vagando.

Terra hospita, terra, quae hospitium praebet.

Portare, afferre.

Curru succedere, currui jungi.

Quadrupedes, equi.

Jugo, sub jugo.
Concors, gemeinschaftlich.
Armisona, arma concutere solita.
Ovantes, pleni gaudii, laetabundi.
Maximus, praecipuus.
Rite, secundum ritum, ex more.
Adolere honores, incendere sacrificia.
Cornua, extremitates incurvae, Spitzen.
Velatus, velis indutus.
Obvertimus, scil. pelago.
Antenna, lignum per transversum in malo positum, in quo velum alligatur.
Grajugena, Graecus, a Graecia ortus.
Tarentum, urbs Calabriae.
Diva Lacinia, templum Junonis Laciniae.
Contra, ex adverso.
Caulonis arces, Caulon in colle condita, Achaeorum colonia.
Navifragus, ubi naves facile franguntur, navibus periculosus.
Scylaecum, oppidum in ora Calabriae; Atheniensium colonia.
Gemitus, crepitus, fragor.
Pulsata, scil. ab impetu aquarum.
Fractus, collisus, reverberatus.

Voces, scil. aquarum, strepitus, sonitus.
Exsultant vada, mare ex imo fundo sublatum in altum erigitur.
Aestus, fervor aquarum commotarum.
Insurgere remis, Aen. III. 207.
Rudens, stridens, sonans.
Laevae undae, aqua, quae ad sinistram est.
Laevam, scil. partem.
Curvatus, in arcum erectus.
Subductus, zurückgezogen.
Imi manes, die unterste Tiefe.
Desidere, deprimi, submergi.
Clamor, vehemens fragor.
Elisus, excussus, vi expressus.
Rorantia astra, astra, a quibus aqua sublata roris instar guttatim destillabat.
Fessus, fatigatus labore remigandi.
Ab accessu ventorum immotus, ad quem venti accedere non possunt.
Horrificis ruinis tonare, horrendo fragore resonare.
Prorumpere, emittere, ejicere, fundere.
Turbine piceo fumans nubes, eine Wolke, aus welcher pechschwarzer Rauch empor wirbelt.

Candens favilla, glühende Asche.
Lambere, attingere.
Erigere, emittere, ejicere.
Eructare, extrudere.
Glomerare, in morem glomeris circumvertendo rotare, herumschleudern.
Fundus imus, unterste Tiefe.
Exaestuare, aestum exhalare.
Enceladus, Terrae filius, unus e Gigantibus.
Semiustus, dimidia ex parte ustus.
Urgeri, opprimi.
Moles, immensum pondus montis.
Caminus, fornax, caverna, receptaculum flammae subterraneum.
Subtexere fumo, in Rauch einhüllen.
Monstrum, monstrosum phaenomenon, res portentosa.
Sonitus, fragor montis.
Aethra siderea, fulgor stellarum.
Nimbus, nubilus aër.
Eous, Lucifer, vid. Georg. I. 288.
Humens umbra, nox humida.
Confectus, consumtus, exhaustus.
Illuvies, sordes.
Barba immissa, longa, promissa, prolixa.

Consertus, consutus, sartus, illigatus.
Tegumen, vestimentum.
Haerere, in ambiguo ac incerto esse.
Continere gradum, subsistere, still stehen.
Praeceps, praecipiti cursu.
Testari, obtestari.
Coeli spirabile lumen, aër, quo spiramus.
Danaae classes, Danai.
Bello petere, debellare, invadere.
Iliaci Penates, Troja.
Sceleris injuria, scelus.
Spargere, projicere.
Genibus volutans, ad genua provolvens.
Haerere, se inhaerere.
Quo sanguine cretus, a quo procreatus, genitus.
Agitare, vexare.
Fortuna, calamitas.
Animum firmare, Muth machen.
Praesens pignus, dextra promte data in pignus amicitiae.
Fortuna, scil. pristina paupertatis.
Trepidus, festinus.
Sanies, cruor.
Sanie dapibusque cruentis, scil. plena.

Arduus, excelsus.

Pulsare sidera, scil. vertice, coelum attingere.

Pestis, pestilens et exitiosum monstrum.

Nec visu facilis, cujus aspectum non facile aliquis ferat.

Nec dictu affabilis ulli, quem non facile quisquam alloquatur.

Prensus, comprehensus.

Resupinus, prostratus in dorsum.

Exspersus, madefactus.

Tabum, sanguis.

Mandere, dentibus conficere.

Tepidus, calidus.

Haud impune, non sine vindicta et punitione.

Talia passus, scil. eum inulte fecisse.

Sui, suae astutiae ac calliditatis.

Expletus, satiatus.

Ponere, reclinare.

Eructare, ausspeien.

Per somnum, inter dormiendum.

Vices, quid quisque in hoc negotio muneris obiret, labores, officia.

Una, simul, uno impetu.

Circumfundi, circumdare.

Telum, fustis.

Lumen terebrare, oculum perforare et effodere.

Argolicus, sic dicitur clipeus, quia is erat Argivorum inventum.

Phoebea lampas, sol.

Lanigerae pecudes, oves.

Tertia Lunae se cornua lumine complent, jam est tertium plenilunium aut tertius mensis.

Lustrum, latibulum, cubile.

Infelix, miser.

Lapidosus, qui lapides seu ossa in se habet.

Vulsus, evulsus.

Collustrare, durchschauen.

Addicere, adjudicare, in potestatem tradere.

Anima, vita.

Quocunque leto, quocunque mortis genere.

Mole, scil. corporis.

Informis, deformis.

Cui lumen ademtum, excoecatus.

Trunca pinus, truncus pineus.

Manu, quam manu tenebat.

Regere, dirigere.

Vestigia, gressus.

Fluidus, fluens.

Infrendere, knirschen.

Tingere, immergere, inficere.

Proni, scil. incumbentes.

Certans, certatim feriens.

Vox, strepitus vel remorum vel undae remis impulsae.

Affectare, apprehendere.

Potestas, facultas.

Potis, scil. est, potest.

Jonios fluctus aequare, fluctus maris Jonii aequis gradibus consequi.

Sequendo, dum nos insequitur.

Immugire, wiederhallen.

Excitus, excitatus, provocatus.

Nequicquam, frustra, (quia nocere non poterant).

Aetnaei fratres, populares Aetnae, juxta Aetnam geniti.

Concilium, turba.

Conifer, qui conos fert; coni autem dicuntur fructus cyparissi, quia in conum et metam desinunt.

Acer, vehemens.

Agere, urgere, impellere.

Excutere, evolvere, explicare.

Quocunque, in quamcunque partem.

Leti discrimine parvo, ubi parvum mortis discrimen, quod parum abest a morte.

Ni, ne.

Teneant, scil. naves.

Certum est, decrevimus.

Dare lintea retro, retro navigare.

Pantagias, fluvius Siciliae.

Megari sinus, sinus juxta Megaram oppidum Siciliae.

Thapsus, peninsula in mare procurrens.

Jacens, humilis.

Relegere, renavigare.

Erratus, perlustratus, pernavigatus.

Praetentus, antepositus.

Plemmyrium, promontorium ad aditum sinus et portus Syracusani.

Undosus, qui aestuantis maris fluctibus alluitur.

Jussus, admonitus.

Exsuperare, praetervehi.

Helorus, fluvius Siciliae.

Projectus, prominens, procurrens in mare.

Pachynum, promontorium Siciliae.

Radere, contingere leviter.

Camarina, palus Siciliae.

Gela, urbs Siciliae.

Acragas, mons Siciliae in quo Agrigentum situm est.

Linquere, praeterire.

Palmosus, palmis abundans.

Selinus, urbs Siciliae.

Vada dura Lilybeia, loca vadosa fundo saxeo, circa promontorium Lilybaeum in Sicilia.

Caecus, latens.

Drepanum, Siciliae civitas non procul a monte Eryce.

Illaetabilis, tristis.

Fata divom, fata a Diis immissa.

Cursus, navigatio.

Docere, recensere.

Factoque hic fine quievit, et narrationis finem fecit.

LIBER IV.

Gravis, heftig.

Saucius, vulneratus.

Cura, amor.

Carpi, consumi.

Recursare animo, in animum redire, revolvi, reputari.

Lustrare, obire.

Lampas, fax.

Aurora, dies.

Unanimus, gleichgesinnt.

Male sanus, insanus.

Suspensus, anxius, consternatus.

Ferre sese, gerere se.

Genus, progenies.

Vanus, falsus.

Degener, qui patris aut majorum suorum moribus non respondet, entartet.

Arguere, ostendere.

Fata, casus.

Exhaustus, perfectus, ad finem perductus.

Canere, narrare.

Fixum immotumque animo sedet, propositum firmum et immobile est.

Vinculum jugale, vinculum matrimonii.
Sociare, conjungere.
Morte, scil. conjugis.
Pertaesum est, es ist zuwider.
Thalamus, conjugium.
Taeda, nuptiae, quia nuptis taedae praeferebantur.
Culpa, amor.
Fata, mors.
Sparsus, aspersus, pollutus.
Fraterna caedes, caedes, quam frater commisit.
Inflectere, a proposito declinare.
Labantem animum impellere, den Fall befördern.
Vestigia, signa.
Flamma, amor.
Dehiscere, aperire ad absorbendum.
Adigere, impellere.
Jura, vis, potestas.
Junxit, scil. conjugio.
Referre, respondere.
Lux, vita.
Sola, in solitudine, carens viro, vidua.

Veneris praemia, voluptates et oblectamenta conjugum.

Manes sepulti, manes sepultorum.

Aeger, recenti dolore afflictus.

Flectere, rühren.

Mariti, proci.

Tyro, a Tyro, Tyrii.

Jarbas, rex Maurisiorum, Jovis filius.

Placitus, gratus, acceptus.

Gaetulae urbes, Gaetuli, populi Africae.

Numidae, populi Africae.

Infrenus, qui equo sine frenis utitur.

Inhospitus, asper, barbarus.

Syrtis, Afri, accolae syrtis; vid. Aen. I. 146.

Desertus siti, inhabitabilis raritate aquae.

Furens, vagans.

Barcaei, incolae Barces, urbis Cyrenaicae.

Surgens Tyro, a Tyro oriens.

Germanus, frater, scil. Pygmalion.

Diis auspicibus, auctoritate et ductu deorum.

Secundus, favens, propitius.

Tenere, dirigere.

Res, opes, potentia.

Poscere deos veniam, propitios reddere deos.

Sacra litare, deos placare per sacra.
Indulgere hospitio, operam dare hospiti bene habendo.
Innectere causas morandi, praetendere causas, quae a navigatione arceant.
Desaevire, saevitiam remittere.
Aquosus, qui imbres et nimbos ortu suo affert.
Quassatus, concussus tempestate.
Non tractabilis, saevus, asper, procellosus.
Dubius, anceps, incertus.
Solvit pudorem, effecit, quo minus eam puderet amori succumbere.
Pax, venia, benevolentia deorum.
Per aras, per sacrificia.
Exquirere, quaerere, implorare.
Lectae bidentes, electae oves.
Legifera, quae leges dat; sic nominatur Ceres, quia leges invenisse dicitur.
Candens, candidus.
Ora, simulacra.
Pingues, sic dicuntur arae propter pingues victimas illis impositas.
Spatiari, deambulare.

Instaurare diem donis, nova sacra in alterum diem indicare.

Inhians, avide insistens.

Spirans, palpitans.

Consulere, consilium expetere.

Furens, amore insaniens.

Delubra, aditus ad delubra.

Est, consumit, exedit.

Vivere, urere.

Sub pectore, in corde.

Cresius, Cretensis.

Agere, agitare, urgere.

Volatile ferrum, sagitta.

Nescius, scil. se cervam feriisse.

Arundo, sagitta.

Sidoniae opes, opes Tyro advectae.

Resistere in media voce, mitten in der Rede inne halten.

Labente die, sub noctem.

Pendere ab ore narrantis, nihil aliud intelligere quam narrantem; für nichts Sinn haben als für den Erzähler.

Vicissim, postquam per totam noctem illuxerat.

Premere, occulere.

Cadens, occidens.
Stratum, Polster.
Relictis, scil. a se.
Adsurgere, extolli.
Arma exercere, se exercere in armis.
Propugnaculum, locus munitus ex quo depugnatur.
Pendere, suspendi, sisti, cohiberi.
Minae murorum, muri alti, quasi altitudine sua minantes.
Machina, moles, aedificium.
Pestis, exitiosus morbus, amor.
Persentire, intelligere.
Fama, famae cura.
Aggredi, dolose et insidiose adire.
Spolia, victoria.
Referre, reportare.
Numen, potestas, vis, dii ipsi.
Me fallit, me latet, ignoro.
Modus, finis.
Quo, quorsum.
Pacti Hymenaei, nuptiae certo foedere constitutae.
Trahere per ossa furorem, venenum amoris ad medullas usque imbibere.

Paribus auspiciis, aequali potestate.

Servire, in potestatem venire, nubere.

Dotalis, qui nomine dotis in alicujus potestatem venit, qui in dotem affertur.

Dextra potestas.

Simulata mens, animus qui dolos meditatur.

Avertere, transferre.

Ingredi, scil. orationem, alloqui.

Abnuere, recusare.

Fortuna, eventus optatus.

Fatis incerta feror, incerta, dubia sum de voluntate fatorum.

Probare, approbare.

Excipere, respondere.

Mecum erit, apud me erit, mihi incumbet, curae erit.

Quod instat, quod fieri volo.

Confieri, confici.

Advertere, attendere.

Ortus extollere, oriri.

Titan, Sol.

Retexere, aperire, enthüllen.

Nigrans, niger, ater.

Alae, venatores qui in dextra sinistraque

parte saltus, tamquam alae in corpore avis locati erant, et alati dicebantur.

Trepidare, festinare.

Indago, series plagarum, quae circum disponuntur in saltibus ad capiendas feras.

Infundere, immittere.

Nox opaca, caligo densa.

Certus, firmus.

Stabile conjugium, vid. Aen. I. 77.

Hymenaeus, deus nuptiarum.

Esse, adesse.

Adversari, obstare.

Annuere, assentiri.

Repertus, compertus, deprehensus.

Jubar, Sol.

Delecta juventus, juvenes ad venationem electi.

Retia, instrumenta magna ad capturam aptata.

Rarus, e tenui materia constructus.

Plagae, funes illi, quibus retia tenduntur circa imam et summam partem.

Venabulum, lancea venatoria.

Massyli, populus non longe a Mauritania.

Odorus, odoratu excellens, sagax.

Canum vis, canes.
Insignis, ornatus.
Sonipes, equus, a sonitu qui ex pedum celeritate oritur, sic dictus.
Spumans, spuma profusus.
Stipare, circumdare.
Sidonius, purpureus.
Picta limbo, cujus oras ambit limbus seu pictus et variegatus.
Circumdatus, indutus.
Nodare, in nodos ligare.
Aurum, aurea fascia.
Subnectere, sursum nectendo tenere.
Fibula, Schnalle.
Inferre se socium, in societatem venire.
Jungere agmen, adjungere se cum agmine suo.
Lycia, regio Asiae, in qua Apollo hiberno tempore commorari solebat, unde
Hiberna, hibernationi apta.
Fluenta Xanthi, Xanthus fluvius.
Delos materna, Delos, insula quae matri Latonae sacra erat.
Invisere, besuchen.
Instaurare, renovare, parare, instituere.

Dryopes, populi circa Parnassum habitantes.
Fremere, saltare ac cantare.
Pictus, bemahlt.
Agathyrsi, populi Scythiae.
Fluens, effusus, prolixus.
Premere, colligare.
Fingere, componere.
Aurum, aurea vitta, diadema.
Haud segnior, non minus alacris.
Decus, pulchritudo.
Enitere, eminere, splendere.
Dejectus, qui se dejecit, qui desiliit.
Transmittere cursu, celeriter transire, percurrere.
Pulverulentus, pulveris plenus.
Glomerare fuga agmina, in Haufen fliehen.
Dari, obviam fieri.
Iners, imbellis.
Coelum miscetur murmure, murmur ventorum in aëre excitatur.
Dardanius nepos Veneris, Ascanius.
Tecta, loca, quibus tegimur, arbores, cavernae.
Pronuba, quae nubentibus praeest.
Ignes, fulmen.

Ululare, heulen.

Species, decorum, honestas, Anstand.

Meditari furtivum amorem, celare amorem, clam amare.

Praetexere, praetegere, obtendere, excusare.

Mobilitas, celeritas.

Vigere, crescere, augeri.

Metu, prae timore, metuens redargui.

Primo, initio, in principio.

Solo, super terram.

Ira deorum, ira contra Deos.

Perhibere, narrare.

Coeus, unus e Gigantibus.

Enceladus, vid. Aen. III. 578.

Pernix, celer.

Subrigere, sursum attollere,

Declinare lumina, die Augen schliessen.

Luce, interdiu, per diem.

Custos, observatrix, speculatrix.

Pravus, falsus.

Tenax, perseverans.

Multiplici sermone populos replere, varios sermones inter populos disseminare.

Facta atque infecta, vera et falsa.

Canere, nuntiare.
Cretus, progenitus.
Hiemem fovere luxu, quam longa, totum hiemale tempus luxui dare.
Regnorum, Carthaginis scilicet ac Italiae.
Turpis cupido, inhonestus amor.
Foedus, impius, crudelis.
Diffundere in ora virum, inter homines promulgare, diffamare.
Detorquere, dirigere.
Aggerare, augere.
Hammon, cognomen Jovis.
Satus, procreatus.
Rapta, scil. ad stuprum.
Garamantis, Libya: Garamantes enim populi Libyae.
Immanis, ingens.
Vigilis ignis, ignis, apud quem vigilatur, ne exstinguatur, perennis.
Excubiae, vigiliae diurnae et nocturnae.
Divom, in honorem deorum.
Pecudum, scil. mactatorum, sacrificiorum.
Pingue solum, terra imbuta.
Variis sertis florens, ornatus sertis variorum florum.

Amens animi, außer sich.

Amarus, acerbus, asper.

Media inter numina divum, ante signa deorum.

Supinus, sursum erectus.

Maurusia gens, Mauri, Mauretani.

Tori picti; vid. Aen. I. 708.

Lenaeus honor, vinum.

Torquere, schleudern.

Horrere, religiose metuere.

Caecus, qui temere et fortuito, caeco quasi impetu fertur.

Murmur, tonitru.

Miscere, turbare.

Errans, profugus, exul, peregrinus.

Urbem pretio ponere, urbem exstruere in loco emto.

Littus, littoralis plaga, ager in terra mari vicina.

Arare, colere.

Leges, ius, imperium.

Repellere, rejicere, respuere.

Ille Paris, alter Paris, alii quasi pactam conjugem eripiens.

Semivir, effoeminatus.

Maeonius, Phrygius.

Mitra, pileus incurvus, a mulieribus gestatus, binis vel ternis fimbriis seu fasciis descendentibus, quae subter mentum colligari solebant.

Madens, unguentis madidus.

Subnixus, subligatus.

Rapto potiri, stupro frui.

Ferre, offerre.

Fovere, alere, habere.

Fama, opinio.

Labi pennis, herabfliegen.

Dardanius dux, Aeneas.

Exspectare, morari, tempus terere.

Datus, monstratus.

Respicere, attendere, cogitare.

Vindicare, eripere, servare.

Gravida imperiis, quae multos potentes et late imperantes populos protulit.

Fremens bello, bellicosus, acer, ferox.

Altus, illustris, nobilis.

Prodere, protendere, propagare.

Accendere, inflammare, ardenter incitare.

Super, pro.

Moliri, suscipere.

Invidere, adimere, auferre.

Struere, vorhaben.

Proles Ausonia, progenies, quae in Ausonia, i. e. Italia, oritura est.

Summa, scil. mandati.

Talaria, calceamenta alata.

Flamen, ventus.

Virga, quae alias caduceus dicitur.

Animae, umbrae defunctorum.

Lumina resignare, oculos aperire.

Illa fretus, cum illa.

Tranare, transvolare.

Apex, summitas, seu eminentia rei.

Atlas, mons Mauritaniae.

Durus, laboriosus, propter aerumnas, quas tolerat.

Fulcire, sustentare.

Cinctus, involutus.

Pinifer, qui pinas fert.

Praecipitant, scil. se, praecipitantur.

Paribus alis, leni volatu.

Nitens, conans descendere.

Consistere, requiescere.

Cyllenius, Mercurius, a Cyllene, monte Arcadiae sic dictus, ubi natus est.

Toto corpore, totius corporis conatu.

Ad undas, versus mare mediterraneum quod Carthaginem attingit.

Mittere se, descendere.

Piscosus, piscibus refertus.

Secare, transvolare.

Maternus avus, Atlas, pater Majae, quae mater fuit Mercurii.

Cyllenia proles, Mercurius in monte Cyllene genitus.

Magalia, vid. Aen. I. 421.

Fundare, fundamenta ponere.

Arces, munimenta urbis.

Tecta novare, novas aedes aedificare.

Stellatus, distinctus ac fulgens, scil. in capulo et vagina.

Tyrius murex, Tyria purpura.

Ardere, resplendere.

Laena, χλαῖνα, vestis crassa et villosa.

Telas discernere auro, mit Gold durchweben.

Invadere, acriter alloqui.

Locare, ponere, jacere.

Uxorius, uxori deditus.

Res, id quod faciendum, officium.

Numine, vi sua, nutu.
Torqueri, movere.
Terere otia, tempus negligenter consumere.
Surgens, crescens.
Deberi, gebühren, gehören.
Tali ore, tali voce, tali sermone.
Mortales visus relinquere, non amplius videre.
Amens, attonitus, stupefactus.
Ardere, cupere.
Ambire affatu, adire et alloqui, auf eine gute Art mit Worten an einen kommen.
Furentem, scil. amore.
Exordia sumere, initia facere sermonis.
Animum celerem nunc huc nunc illuc dividere, celerius modo hoc, modo illud contemplari et pensitare.
In varias partes rapere animum, huc et illuc impelli, vacillare.
Versare animum, circumspicere, considerare, explorare.
Alternari, varia mente tractare, alternis animo versare, modo hoc modo illud cogitare.
Potior, melior.
Aptare, parare.

Novare

Novare res, prius consilium abjicere et aliud sequi.

Rumpi, dissolvi.

Aditus, alloquium.

Mollissima tempora fandi, tempus ubi consilium de discessu ei exponi posset, cum minimo ejus dolore.

Quis rebus dexter modus, wie die Sache am besten anzufangen sey.

Laetus, alacris, festinus.

Doli, navigandi consilium dolosum.

Praesentire, prius sentire.

Excipere, scil. auribus, sensu, animadvertere.

Tutus, non formidandus.

Impius, saevus.

Deferre, nuntiare.

Armare, armamentis velisque nauticis aptare, instruere, ausrüsten.

Cursus, navigatio.

Inops animi, sine animo, sine consilio.

Incensa, scil. furore.

Bacchari, more bacchantum decurrere, discursitare.

Commovere sacra, initium facere sacrorum:

moveri enim sacra dicebantur, quando sollennibus diebus aperiebantur templa, instaurandi sacrificii caussa.

Excitus, excitatus.

Thyias, ministra, sacerdos Bacchi.

Audito Baccho, audito nomine Bacchi, dum clamatur, Jo Bacche.

Stimulare, instigare.

Trietericus, triennalis.

Orgia, sacra Bacchi tertio quoque anno a Thebanis celebrata.

Nocturnus, nocte celebratus, in quo exercentur festa tempore nocturno.

Vocare, advocare.

Voces, verba.

Dissimulare, celare.

Nefas, scelus.

Tacitus, heimlich.

Data dextera, promissa fides, foedus amicitiarum.

Funus, mors.

Hiberno sidere, tempore hiemali.

Moliri, parare.

Mediis aquilonibus, *ire per altum*, navigare, dum procellae turbant mare.

Undosus, stürmisch.

Nihil aliud, scil. quod sperare de me possis.

Inceptus, recens.

Hymenaei, concubitus.

Si fuit tibi quidquam dulce meum, si ea, quae in te contuli, grata fuerunt et dulcia.

Labi, in ruinam et excidium tendere.

Exuere mentem, rejicere propositum.

Nomades, populi Africae, idem qui Numidae.

Tyrannus, rex.

Sidera adire, tolli in coelum, celebrari.

Fama prior, quam habui ante tuum adventum.

De conjuge, de te, qui fueras ante conjux.

Quid moror, scil. quin statim moriar.

Suscipere sobolem, procreare, gignere infantem.

Fuga, profectio, abitus.

Ore referre, ähnlich sehen.

Monitis, propter monita.

Immota tenere lumina, non attollere oculos, non aspicere.

Obnixus, resistens, reluctans.

Cura, dolor.

Promereri, beneficia conferre.

Dum spiritus hos regit artus, quamdiu vixero.

Pro re, si rei magnitudinem cogites.

Abscondere furto fugam, per silentium et clandestino discedere.

Fingere, einbilden.

Praetendere conjugis taedas, justas nuptias prae se ferre, consuetudini cum femina nomen justi matrimonii tribuere.

In foedera venire, in leges conjugii consentire, in pacta conjugii descendere.

Auspiciis meis, meo lubitu ac voluntate, idem quod, *sponte mea*.

Componere curas, res ordinare.

Primum, praecipue, ante omnia.

Reliquiae, cineres et ossa, adeoque sepulcra.

Colere, restituere.

Manerent, superessent, scil. restituta a me.

Recidivus, denuo exstructus, aedificatus.

Recidivum ponere, restituere, iterum excitare.

Gryneus, sic dictus Apollo a Gryneo nemore in Joniae finibus: vid. Ecl. VI. 72.

Lyciae sortes, oracula Apollinis, quae in Lycia eduntur.

Capessere, occupare.

Hic amor, *haec patria est*, haec est patria quam amo.

Detinere, delectare.

Externus, externus.

Turbidus, turbatus, tristis.

Caput charum, dilectus filius.

Fraudare, per fraudem privare.

Fatalis, fatis destinatus.

Interpres, nuntius.

Utrumque caput, meum ac tuum.

Manifestus, clarus.

Haurire, accipere.

Incendere, commovere, exagitare.

Aversa tuetur, oblique, torve intuetur.

Pererrare, perlustrare.

Luminibus tacitis, tacens.

Accensus, iratus.

Cautes, saxa, rupes.

Hyrcanae tigres, tigres ex Hyrcania, regione Asiae.

Admovere ubera, säugen.

Quid dissimulo, quid dissimulanter loquor, quorsum me contineo?

Majora, major injuria et contumelia.

Flectere, movere.

Quae quibus anteferam, quae prius, quaeque posterius dicam.

Saturnius pater, Jupiter, Saturni filius.

Oculis aequis aspicere, gleichgültig ansehn.

Nusquam tuta fides, non tutum est, quemquam in fidem recipere.

Egens, pauper, inops, omnibus rebus destitutus.

In regni parte locare, participem regni facere.

Amissam classem, scil. renovavi.

Furiae, furor.

Ferri, agitari.

Horridus, terribilis.

Scilicet is Superis labor est, die Götter fragen freilich viel darnach, sie haben auch sonst nichts zu thun.

Sollicitare, beunruhigen.

Refellere, refutare.

Mediis scopulis, inter scopulos.

Numina pia, dii qui pios respectant.
Supplicia haurire, poenas dare.
Atris ignibus, facibus furiarum.
Sequi, persequi.
Seducere, segregare, sejungere.
Sub imos manes, ad inferos.
Aurae, lux.
Parare, damit umgehen.
Collapsus, hingesunken.
Lenire, mitigare.
Avertere, removere.
Labefactus, concussus, commotus.
Incumbunt, scil. classi parandae.
Unctus, pice delibutus.
Infabricatus, inelaboratus, non aptatus.
Fuga, celer profectio.
Populare, plündern.
Tectum, caverna.
Reponere, reservare.
Convectare, comportare.
Callis, semita.
Trudere, impellere, propellere, fortschieben.
Obnixus, obnitens.
Cogere, impellere.

Castigare, bestrafen.

Morae, tardi, morantes.

Opus, eae, quae opus faciunt, laborantes, formicae.

Fervere, in Bewegung seyn.

Quis tibi sensus, was empfandest du?

Miscere, replere.

Ire in lacrimas, ad lacrimas procedere, descendere.

Animi, irae.

Submittere, subjicere.

Vocat carbasus auras, vela expansa sunt ad excipiendos ventos.

Puppibus imponere coronas, naves coronare, quod fieri solebat a nautis, cum aliquo migrarent, ubi se aliquid boni consecuturos sperabant.

Sperare, exspectare, metuere.

Exsequi, perficere.

Arcani sensus, sententiae secretae, consilia secreta.

Credere, committere.

Mollis, facilis, opportunus.

Aditus, modus adeundi.

Tempora, opportunitas adeundi.

Aulis, urbs et portus insulae Euboeae.
Revellere, laedere, violare.
Dicta, preces.
Negare, renuere, recusare.
Ruere, properare.
Munus, beneficium; Gefälligkeit.
Venti ferentes, venti bene flantes, secundi.
Prodere, decipere, fallere.
Tempus inane, tempus, quod nihil prodest, parum commodi affert.
Furori, scil. mitigando.
Fortuna, scil. adversa.
Dolere, moderate dolere, patienter ferre.
Venia, gratia, beneficium.
Cumulatam remittam, cumulate referam.
Morte, in morte, antequam moriar.
Fletus, preces cum lacrimis.
Ferre referreque, plus vice simplici ferre, saepius portare.
Voces, preces.
Tractabilis, cum quo facili agi potest, mitis.
Placidus, benignus, facilis.
Obstruere, claudere.
Annosus, vetus.

Robur, truncus.

Alpinus, ex Alpibus spirans.

Ire, fieri.

Consternere, cooperire, copiose implere.

Quantum vertice, vid. Georg. II. 291.

Tundere, pulsare, concutere.

Volvi, effundi.

Fata, mala.

Orare, desiderare, optare.

Coeli convexa, der gewölbte Himmel.

Peragere, perficere.

Lux, vita.

Thuricremus, thus cremans.

Dona imponere, sacrificare.

Latices sacri, vinum sacrificio adhibitum.

Nigrescere, nigrum colorem accipere.

Fusus, libatus.

Obscoenus cruor, sanguis mali ominis.

Visum, visio.

Effari, eloqui, indicare.

Tecta, regia.

De marmore templum conjugis antiqui, sacellum marmoreum manibus conjugis prioris, Sichaei, dicatum, ubi statua ejus erat.

Miro honore colere, mirum in modum honorifice colere.

Vellera nivea, infulae et vittae laneae.

Festus, ad festivitatem pertinens, festlich.

Frons, serta.

Revinctus, cinctus.

Tenere, occupare.

Ferale carmen, cantilena funebris, mortem indicans.

Bubo, Uhu.

Horrificare, horrorem incutere, horrore implere.

Agere, agitare, insequi.

Incomitatus, sine comite.

Eumenides, Furiae.

Demens, furore captus.

Pentheus, rex Thebarum.

Agamemnonius, Agamemnonis filius.

Scenis, in theatro, scil. furit.

Agitatus, a furiis exagitatus.

Dirae, Furiae.

Concipere furias, furore impleri.

Evictus, victus, superatus.

Exigere, constituere.

Spem fronte serenare, frontem serenare et explicare spe nova ac meliore concepta.

Via, ratio, remedium.

Gratari, gratulari.

Ultimus, remotissimus.

Aethiopum, in Aethiopia.

Axis, coelum.

Torquere, sustinere.

Ardens, splendens.

Aptus, distinctus, insignitus.

Massyla gens, in Mauritania habitans.

Hesperides, vid. Ecl. VI. 61.

Servare, custodire.

Spargere, objicere, praebere, apponere.

Soporifer, somnum afferens, excitans.

Carmina, Zauberlieder.

Solvere mentes, scil. ab amore.

Curae, amor.

Durus, vehemens.

Sistere, facere ut aliquid stet, inhibere, retinere.

Vertere sidera retro, cursum astrorum mutare.

Nocturnos ciere manes, noctu evocare manes.

Accingi, aggredi.

Secreta, secreto, sine arbitris.
Pyra, congeries lignorum, rogus.
Sub auras, sub divo.
Exuviae, vestes.
Jugalis, conjugalis.
Novus, inusitatus.
Praetexere, praevelare, abscondere.
Funus, mors.
Mente concipere, intelligere.
Parare, ausrichten.
Penetralis sedes, interior domus.
Sectus, fissus.
Intendere, illigare.
Frons funerea, cupressus.
Effigiem, scil. Aeneae, imaginem.
Torus, lectus.
Crines effusa, mit fliegenden Haaren.
Tonare, invocare.
Tergeminus, triplex, triformis.
Hecate, Proserpina.
Tria virginis ora Dianae, Diana virgo tria ora habens.
Spargere, sprengen.
Latices, aqua.
Simulatus, fictus, vorgegeben.

Messus, desectus.

Ad lunam, bei dem Scheine des Mondes.

Pubens, virens.

Niger, noxius.

Lac, succus.

Praereptus, prius raptus, quam a matre devorari possit.

Amor, quod amorem conciliat: intelligitur caruncula nigra, fronti pulli recens nati inhaerens, quae in philtrum adhibebatur.

Pius, purus.

Exutus vinclis, nudus.

Veste recincta, zona soluta.

Fatum, mors.

Non aequo foedere amantes, qui mutuo amore non amantur.

Corpora, scil. animantium.

Medio lapsu volvi, cursum per mediam coeli partem tenere.

Pictus, variis coloribus ornatus.

Tenere, habitare.

Positus, compositus, quiescens, sopitus.

Phoenissa, Dido.

Solvi in somno, solvi somno, quiete, dormire.

Nox, quies noctis, somnus.

Ingeminare, sich verdoppeln.

Resurgere, rursus crescere, iterum redire.

Fluctuare, jactari.

Aestus, impetus.

Insistere, scil. mente et cogitatione, apud se cogitare.

Corde volutare, animo revolvere et agitare, bei sich überlegen.

Procus, qui matrimonium appetit, Freier.

Dedignare, repudiare.

Maritos, scil. futuros.

Ultima iussa, iussa, quae infimi generis hominibus dari solent, vilissima, deterrima, indignissima.

Auxilio levare, opem ferre.

Juvare, prodesse.

Memor, gratus.

Stare, permanere.

Fac, pone, gesetzt.

Sinet, scil. me sequi classem.

Perditus, infelix.

Laomedontea gens, Trojani a Laomedonte sic dicti, qui Neptunum et Apollinem fefellit.

Perjurium, perfidia.
Ovantes, laetantes.
Inferri, sequi.
Agere, errare facere.
Quin, immo, potius.
Evictus, permotus.
Malis onerare, in mala impellere.
Thalami expers, sine conjugio.
Tangere, attingere, sentire.
Curae, dolores animi.
Sychaeus, Sychaeius.
Rumpere questus, in questus erumpere.
Certus, fest entschlossen.
Rite, recte, ex ordine.
Casus, periculum, discrimen.
Ducere somnos, dormire.
Zephyri, venti.
Praeceps, festinus.
Praecipitare, praecipitanter abire.
Potestas, facultas.
Turbari trabibus, navibus impleri.
Attingere, offendere, invenire.
Rumpe moras, noli cunctari.
Varius, inconstans.
Subitae umbrae, caligo subito exorta.

Corri-

Corripere corpus e somno, aus dem Schlafe aufspringen.

Fatigare, scil. hortatibus, increpare.

Festinare, beschleunigen.

Stimulare, impellere.

Sidera dextra, sidera, quorum exortu venti secundi flant, ac prospera navigatio fit.

Fulmineus, fulgens.

Ferire, percutere, incidere.

Retinacula, funes, quibus naves retinebantur ad littora ligatae.

Ardor, cupiditas.

Habere, tenere, invadere.

Ruere, cum impetu festinare.

Sub classibus, sub navibus, scil. aequatis proris procedentibus.

Torquere spumas, torquendo aquas excitare spumas.

Tithonus, frater Laomedontis, ab Aurora raptus.

Croceus, splendidus, illustris.

Specula, edita aedium pars.

Aequata vela, vela aequaliter pleno vento distenta.

Decorus, pulcher.

Abscissa, evellens.

Arma, instrumenta navalia.

Expedire, conficere, zurechte machen.

Diripere, rapere, rapide educere.

Navalia, statio navium.

Tangere, movere, concitare.

Sceptra dare, in regni societatem recipere.

En dextra fidesque, scil. ejus; sic fidem servat is.

Subire, portare.

Confectus aetate, consumtus senectute.

Abreptum divellere corpus, dilaniare corpus.

Absumere ferro, interficere.

Anceps, dubius.

Castra, classis.

Fori, tabulata navium, vel spatia, per quae itur.

Se dare, se praecipitem dare in ignem.

Terrarum opera, quae in terris fiunt.

Flammae, radii.

Lustrare, illustrare.

Interpres, cujus interventu aliquid efficitur, mediatrix, conciliatrix.

Curae, amores, qui curas pariunt.

Nocturnis triviis ululata, cui noctu incon

celebrantur cum ululatu, h. e. carmine, precibus, in triviis i. e. trium viarum coitu.

Dii Elissae, dii ultores Elissae.

Accipere, audire.

Malis, contra improbos Trojanos.

Numen, vis ac potestas ulciscendi malum, poena.

Infandum caput, infandus ille, scil. Aeneas.

Terris adnare, pervenire ad Italiam.

Terminus haeret, finis fixus et destinatus est.

Audax, fortis, bellicosus.

Vexatus, afflictus.

Extorris, remotus, exul.

Indignus, crudelis.

Iniquus, durus.

Sub leges se tradere, legibus se submittere.

Dies, dies fatalis, terminus vitae, fati necessitas.

Precari, imprecari.

Sanguis, vita.

Exercere odiis, odio prosequi.

Munera, inferiae, Todtenopfer.

Ossa, stirps, sanguis.

Fax, ignis.

Sequi, persequi.

Dare se, esse, suppetere.

Animum versare in omnes partes, omnia expendere, ponderare.

Abrumpere lucem, vitam finire.

Suam patria antiqua cinis ater habebat, sua popria nutrix in patria Tyro urna habebatur, sepulta erat.

Sistere, adducere, arcessere.

Fluvialis lympha, aqua fluvii.

Spargere, aspergere, irrigare.

Monstrata, scil. per sacerdotem.

Piacula, purgamina, quibus in sacris magicis utebantur.

Pius, religiosus, sanctus.

Tempora, caput.

Jupiter Stygius, Pluto.

Animus, voluntas, propositum.

Rogus Dardanii capitis, lignorum strues, cui imposita est effigies Aeneae.

Permittere flammae, incendere.

Gradum celerare, celeriter abire, properare.

Studium anile, conatus qui anui congruit.

Immanis, crudelis.

Efferus, außer sich.

Sanguinea acies, funkelnde Augen.

Maculis interfusa genas, habens malas maculis perfusas.

Interiora domus limina, limen interioris aedium partis.

Irrumpere, violenter intrare.

Recludere, evaginare, nudare.

Quaesitus, paratus, datus.

Mens, cogitatio pristini amoris ac consuetudinis.

Dulces exuviae, vestes viri dulcis.

Exsolvere, liberare.

Sub terras ire, mori.

Imago, umbra, εἴδωλον.

Recipere, sumere.

Ire sub umbras, ins Schattenreich hinabsteigen.

Haurire oculis, videre.

Ab alto, scil. mari.

Dardanus, Dardanius, i. e. Aeneas.

Omina, signa.

Comites, famulae.

Sparsus, extensus.

Bacchari, discurrere, differri.
Lamentum, lamentatio.
Fremere, schallen.
Culmina hominum, domus.
Culmina deorum, templa.
Exanimis, consternatus.
Unguibus foedare, dilacerare.
Per medios, scil. homines.
Fraude petere, decipere, fallere.
Eadem fata, idem genus mortis.
Dolor, vulnus.
Ferre, auferre.
Struxi, scil. rogum.
Positus, mortuus.
Abesse, sejungi, carere.
Legere, excipere.
Evadere, conscendere.
Gravis, morte gravatus.
Deficere, ermatten.
Stridet vulnus, sanguis ex vulnere cum fervore et aestu prorumpit.
Adnixus, incumbens.
Revolvi, relabi, recidere.
Errantes oculi, oculi jam morte natantes et caligine obscurati.

Obitus, mors.

Luctans, ringend, kämpfend.

Nexi artus, nexus corporis cum anima.

Merita mors, mors, quae crimen commissum sequitur.

Ante diem, ante tempus, quod natura affert.

Crinem auferre, capillum abscindere, quo abscisso moribundi, tanquam victimae diis inferis consecrabantur.

Stygio Orco damnare, morti devovere.

Adversus, oppositus.

Dis, Pluto.

Dilabi, diffugere, zerrinnen.

Calor, scil. vitalis.

In ventos recedere, im Winde verschwinden.

LIBER V.

Medium iter classe tenere, navigare in alto mari.

Certus, scil. itineris: persistens in consilio proficiscendi.

Aquila, ventus.

Pollutus, laesus, violatus.

Per triste augurium ducere, adducere ad augurandum ac suspicandum, mali quid evenisse.

Teucrorum pectora, Teucri.

Supra caput, desuper.

Quianam, quare, cur.

Cingere, obsidere.

Nimbi, nubes.

Colligere arma, vela contrahere.

Obliquare sinus in ventum, ventum adversum non totis velis accipere, sed tantum ex obliquo, ne ille, magna vi irruens navem nimium de cursu deflectat, Laviren.

Spondere, polliceri.

Hoc coelo, hac dispositione aëris.

Transversa, transversim, seitwärts.
Obniti, contra niti, obluctari.
Tendere, contendere.
Tantum, scil. quantum adversa tempestas valet.
Sufficere, posse, valere.
Superare, vincere.
Littora fraterna Erycis, Siciliae, ubi Eryx filius Veneris et Butae regnavit.
Servatus, observatus.
Remetiri, recognoscere.
Via, cursus.
Fessus, quassus, beschädigt.
Demittere naves, die Schiffe in den Hafen laufen lassen.
Acestes, Trojanus, urbis Segestae conditor, qui cum Trojanis inter Sicanos consederat.
Intendere, inflare.
Adverti, anlanden.
Arena, littus.
Libystis, Libyca.
Crimisus, fluvius Siciliae.
Gaza agrestis, penus rusticanus, opes ex agro collectae.

Solari, erquicken.

Annuus orbis, annus.

Exactus, transactus, finitus.

Compleri, perfici.

Condere terra, sepelire.

Agere, esse, vivere.

Deprensus, scil. a tempestate, procella.

Pompas, scil. funebres.

Exsequi, perficere.

Struere, exstruere.

Sua, debita.

Dona, res sacrae, quae offeruntur.

Mens, consilium.

Numen, voluntas.

Delati, scil. impulsu ventorum.

Honor, sacra, inferiae in honorem Anchisae faciendae.

Poscamus, scil. deos, petamus.

Ventos, scil. secundos.

Bina boum capita, bini boves.

In naves, per singulas naves.

Adhibere, admittere, advocare.

Retegere, enthüllen.

Prima certamina classis ponere, primo loco, certamen navale instituere.

[illegible], [illegible].
Crudus, durus.
Cestus, lora e corio bubulo, quibus pugilum brachia et manus innectebantur, et quibus insutum erat plumbum et ferrum.
Palma, victoria.
Ore favere, silentium servare, tacere.
Ramis cingere, bekränzen.
Materna myrtus, myrtus matri (Veneri) sacra.
Aevi maturus, aetate matura.
Carchesia, vid. Georg. IV. 380.
Merus Bachus, vinum non mixtum.
Sanguis sacer, sanguis victimarum.
Fatalis, fatis promissus.
Adyta, tumulus, sepulcrum.
Gyrus, ambitus orbicularis, circulus.
Volumina, nodi, in quos se curvant sinuantes serpentes.
Amplecti, gyris ambire, circumrepere.
Placide, molliter, quiete.
Labi, schleichen.
Notae, maculae.
Fulgor maculosus et auro, maculae auro fulgentes.

Squamam incendere, squamis inesse, squamas splendere facere.

Arcus, der Regenbogen.

Jacere, mittere, emittere.

Agmen, tractus, vid. Aen. II. 212.

Laevis, politus, nitens.

Depastus, consumtus.

Altaria, dapes appositae.

Instaurare, peragere.

Famulus, Genius.

Caedere, mactare.

Quae cuique est copia, pro sua quisque facultate.

Fusus, stratus.

Viscera, carnes.

Torrere, assare.

Aurora, dies.

Phaethon, sol.

Exciere, evocare, excitare.

Coetus, conventus.

Aeneadae, Trojani, Aeneae socii.

Munera, praemia.

Circus, consessus.

Locare, ponere.

Sacer, cujus usus est in sacris.

Pretium, praemium.
Ostro perfusus, purpura tinctus.
Talentum, sexaginta minae.
Canere, cantu indicare.
Pares, scil. magnitudine, et bonitate.
Gravis, fortis, validus.
Acri remige, strenuis remigibus.
Mox Italus, scil. futurus.
Moles, magnitudo.
Urbis opus, aedificium aequans urbis magnitudinem.
Pubes Dardana, iuvenes Trojani.
Versus, ordo.
Tundere, percutere, pulsare.
Olim, interdum.
Corus, ventus occidentalis.
Tranquillo, scil. mari.
Silere, nullo fluctuum allisu resonare.
Campus, Fläche.
Apricus, sole gaudens.
Sorte legere, dispertiri, verlosen.
Ductores, domini navium.
Intenta brachia remis, intendunt brachia remis, sie legten die Hände an die Ruder.

Metae relictae, metae superatae, quas circumvectus erat.

Tenere aequora, cursum a meta versus littus repetere.

Decus, honestas, dignitas.

Deturbare, dejicere.

Clavus, gubernaculum.

Ad littora, ad scopulum.

Gravis, gravatus adeoque tardus ad natandum.

Vix reddi, difficulter emergere.

Fluens in veste, veste fluente aqua.

Revomere, wieder von sich geben.

Premere, drängen.

Aemula, aequare studens.

Hectoreus, Trojanus.

Sors suprema, excidium.

Promere, proferre.

Syrtes, vid. Aen. I. 111.

Malea, promontorium in extrema Laconica.

Sequaces undae, undae quae insequuntur quasi navigantes, quod fit, dum fluctus fluctum urget.

Prima, primae partes.

Quanquam, o! utinam vincerem.

Nefas,

Nefas, opprobrium.
Certamine summo, maximo conatu, omnibus viribus.
Procumbere, incumbere, inniti, laborare.
Aereus, aeratus, aere obductus.
Solum, quod unicuique rei subjacet: hinc solum navis, mare.
Ora, fauces.
Honor, victoria.
Suburgere, impellere.
Interior, spatio angusto, breviore.
Iniquus, non satis magnus, augustus.
Procurrens, proeminens.
Pendere, schweben.
Murex, saxi acumen eminens.
Crepare, frangi.
Morari, navem retro agendo haerere.
Ferratus, ferro munitus.
Trudes, instrumentum quo quid protruditur.
Contus, pertica, Stange.
Expedire, proferre.
Agmen remorum, omnes remi.
Ventis vocatis, expansis velis.
Prona maria, in quibus cursus pronus ac celer sine impedimento fit.

Commotus, deturbatus, aufgescheucht.

Latebrosus, fistulosus, cavernosus, löcherricht.

Plausus, strepitus.

Lapsa, volans.

Radere iter liquidum, aërem secare.

Ultima aequora, circa metam.

Brevibus vadis, vid. Aen. I. III. 112.

Discere, experiri, conari.

Cedere, praeteriri se sinere.

Magister, gubernator.

Finis, terminus, meta.

Petere, aggredi.

Studium, favor.

Fragores, clamor et plausus.

Proprium decus, parta jam et parata victoria.

Tenere, conservare.

Pendere, reddere, impendere.

Alere, fovere, accendere.

Possunt, *quia posse videntur*, efficiunt id, quod facere student: in eo sunt, ut id efficiant, quoniam sibi videntur id efficere posse.

Fors, fortasse.

Divos in vota vocare, deos votis vocare, invocare.

Voti reus, qui suscepto voto se numini obligat.

Porricere, diis porrigere, vel sacrificare.

Liquens, fluidus.

Phorcus, Ponti et Terrae filius, deus marinus.

Panopea, una ex Nereidibus.

Portunus, deus marinus, alias Palaemon dictus.

Euntem, scil. navem.

Portu se condere, intrare portum.

Satus Anchisa, Aeneas Anchisae filius.

Ex more, scil. ludorum.

Optare, eligere.

Honores, munera honorifica.

Chlamys, indumentum militare.

Auratus, auro intextus.

Purpura Meliboea duplici Maeandro, limbus purpureus Meliboeensis sinuosus et flexuosus ut est Maeander fluvius, qui inter Cariam et Lydiam defluit.

Meliboea, sic dicta purpura a Meliboea,

insula in Orontis Syriae fluvii ostiis sita, ubi murices frequenter inveniuntur.

Circumcurtere, circumire, circumdare.

Puer regius, Ganymedes, Trois regis Trojanorum filius.

Frondosus, silvosus.

Praepes, velox.

Jovis armiger, aquila.

Longaevus, senior.

Laevibus hamis, (vid. Aen. III. 467) politis annulis.

Decus, ornamentum.

Tutamen, munimen.

Multiplex, multis annulorum nexibus pondus magnum habens.

Palari, passim vagari, oberrare.

Agere, insequi.

Cymbia, pocula in morem cymbarum.

Aspera signis, figuris eminentibus caelata, anaglypha.

Puniceus, colorem rubentem habens.

Evinctus, circumligatus, circumdatus.

Taenia, vitta.

Saevus, magnus, asper.

Vix, difficulter.

Ordo, latus.

Agger viae, editior viae pars, terra in via egesta.

Aereus, aere munitus.

Obliquus, exporrectus transversim.

Gravis ictu, qui gravem ictum infert.

Seminex, semimortuus.

Tortus, volutio, Krümmung.

Sibilus, sibilans.

Pars vulnere clauda, pars vulnerata, obtrita ac fracta.

Retentare, morari, retinere.

Nexare nodis, nectere se in nodos.

Plicare se in sua membra, replicare se in orbes.

Ostia, portus.

Operum haud ignara Minervae, perita lanificii et texturae.

Cressa, Cretensis.

Missus, demissus.

Certamine, scil. navali.

Gramineus, graminosus, plenus graminis.

Theatrum, spectaculum.

Circus, stadium.

Consessus, locus ad considendum aptus.

Pretia, res, quae pretio habentur, praemia.
Sicanus, Siculus.
Viridis, florens.
Acarnan, ex Acarnania regione Graeciae inter Epirum et Aetoliam oriundus.
Tegeaea gens, vid. Georg. I. 18.
Assueti silvis, venatores.
Gnossia, vid Aen. III. 115.
Levatus, laevigatus, nitidus.
Lucidus, resplendens.
Spiculum, hastile.
Caelata argento bipennis, bipennis argenteo manubrio, signis caelatis, h. e. exsculptis, ornato.
Unus, idem, communis.
Flavus, subviridis.
Phalerae, ornamentum equorum.
Insignis, ornatus.
Lato auro balteus, latum auratum cingulum.
Circumplecti, circumdare.
Subnectere, vid. Aen. IV. 139.
Locum capiunt, scil. sorte, sorte eligunt locum.
Corripere, raptim transire.
Limen, carceres.

Ultima signare, metam, oculis designare.
Emicare, prosilire.
Spatium, intervallum.
Sub ipso, post ipsum.
Calcem calce terere, pedem pede contingere, vestigia premere.
Spatia plura, plus spatii, scil. usque ad metam.
Elapsus prior, praevertens cursu.
Ambiguus, ambigens de cursus palma.
Spatium extremum, extrema stadii pars.
Finis, meta.
Levis sanguis, solum propter sanguinem lubricum.
Vestigia titubantia, pedes titubantes.
Fimus, sordes, excrementa, quae scilicet ejecta erant ex extis boum mactatorum.
Sacer cruor, sanguis sacrificiorum.
Munus, beneficium.
Prima tenere, victoriam obtinere primo loco.
Tertia palma, tertio loco victor.
Cavea, theatrum, in quo populus sedens ludos spectabat.
Concessus, Versammlung.

Ora prima patrum, priores ordines, quibus seniores et honoratiores sedebant.

Tutari, protegere, defendere.

Gratior, acceptior, jucundior.

Veniens, quae est.

Proclamare, pro aliquo clamare, loqui, ejus causam defendere.

Subire palmae, in locum alterius succedere, ut palmam pro eo capessat.

Praemia ultima, praemia tertia.

Palmam ordine movere, debitum cuique ordine suo praemium eripere.

Tergum, tergus, pellis.

Immanis, valde magnus.

Onerosus, gravis.

Laus, virtus in cursu.

Ferre, auferre, abducere a primo praemio, praemium eripere.

Turpis, obscoenus, inquinatus.

Artes, opus artificiosum.

Refixus, rescissus, revulsus.

Confectus, ad finem perductus.

Peragere, absolvere.

Praesens, fortis.

Palmae evinctae, manus cestu vinctae.

Geminus honor, duplex praemium.
Velatus, ornatus.
Murmur, suffragium.
Occubare, jacere.
Amycus, rex Bebryciorum, populorum Asiae, filius Neptuni, pugillatu insignis, a Polluce interfectus.
Ferre se, incedere, venire.
Percellere, percutere.
Talis, tali gloria elatus.
Alius, scil. compugil.
Alacris, laetus, exsultans.
Cunctos excedere palma, ante alios victoriam obtinere.
Credere se pugnae, pugnare.
Teneri, immorari.
Gravis, ehrwürdig.
Dictis castigare, objurgare, increpare.
Nullo certamine, ohne Kampf.
Tollere, auferre, abducere.
Memoratus, dictus, nominatus.
Tardare, tardum reddere.
Effoetus, exhaustus.
Inductus, permotus.
Morari, curare, aestimare.

Gemini cestus, cestus utriusque manus.
Ferre manum in proelia, manus conserere.
Intendere brachia tergo, induere cestum.
Terga, coria.
Insutus, eingenähet.
Longe, valde.
Anchisiades, Aeneas, Anchisae filius.
Vinclorum volumina, lora, quibus cestus circa brachium religabantur.
Infectus, tinctus, imbutus.
Alcides, Hercules, Alcaei nepos.
His ego suetus, scil. cestibus pugnare.
Aemulus, invidus.
Canet sparsa senectus, senectus spargit canos, i. e. capillos candentes.
Sedere, placere.
Auctor, qui ad rem excitat, instigat.
Aequare pugnas, aequales cestus facere.
Terga, cestus.
Remittere, cedere, renuntiare.
Exuere, denudare.
Aequus, aequalis ponderis.
Palmas innectere armis, manus ligare cestibus.
In digitos, scil. pedum.

Immiscere manus manibus, conserere manus.
Pugnam lacessere, inire pugnam.
Labare, nutare, titubare.
Aeger, moleste editus, efflatus.
Inter se vulnera jactare, vicissim ictibus caedere.
Ingeminare, duplicare, iterare.
Errare, vagari.
Gravis, scil. mole corporis.
Tela exire, ictus cavere, evitare.
Moles, machinamentum.
Montanus, in monte situs.
Sedere circum, obsidere, oppugnare.
Pererrare, perlustrare.
Arte, artificiose.
Assultus, Anlauf, Angriff.
A vertice, desuper.
Cedere, ausbiegen.
Ultro, suo nutu, nemine impellente.
Graviter, heftig, gewaltig.
Erymanthus, mons Arcadiae.
Studiis, prae studio, per studium ac favorem.
Conscia virtus, virtutis conscientia.
Praeceps, praecipitanter fugiens.

Aequor, planities.
Crepitare, prasseln.
Versare, huc illuc agere.
Mulcere, mitigare, consolari.
Vires alias, scil. quam putaveras hujus hominis esse, i. e. tuis majores.
Conversus, aversus, ungünstig.
Dirimere, disrumpere, finire.
Aequalis, coaevus, socius.
Aeger, defatigatus.
Utroque, in utramque partem.
Ejectare, evomere.
Donum, praemium.
Arduus, erectus in pedes.
Sternere, dejicere.
Exanimis, mortuus.
Melior, aptior.
Persolvere, weihen.
Reponere, ad requiem ponere, aufgeben.
Ingenti manu, magna multitudine.
Trajectus, durchgezogen.
Ferrum, sagitta.
Tendere, dirigere.
Clamor secundus, acclamatio faventium.
Hyrtacides, Hyrtaci filius.

Locus, sors.

Evinctus, umwunden.

Jussus, scil. a Minerva: hujus enim jussu Pandarus, Lycaonis filius, Menelaum cum Paride singulari certamine pugnantem jactu teli vulneravit.

Confundere, turbare, disrumpere.

Telum, sagitta.

Subsidere, remanere.

Manus, sagitta, manu emissa.

Incurvare, spannen.

Pro se quisque, quantum quisque potuit.

Depromere, proferre, eximere.

Diverberare, scindere.

Adversus, oppositus, ex adverso erectus.

Arbor mali, malus.

Timere, plandere, trepidare prae metu.

Pennae, alae.

Ales, columba.

Ingenti plausu, scil. alarum columbae.

Adductus, fortius incurvatus, atque inflexus.

Tendere, dirigere.

Fugere in notos et nubila, in nubes ac coelum evolare.

Rapidus, celer.

Tenere tela contenta arcu parato, tenere sagittas paratas arcu contento.

In vota vocare, invocare.

Vacuum coelum, apertus aër.

Speculari, ausspähen.

Astra aetheria, aër sublimis.

Telum contendere, sagittam emittere.

Arcus, arcus tractandi peritia.

Subitus, inexspectatus, repentinus.

Monstrum, miraculum, prodigium.

Exitus ingens, eventus magnus ac mirabilis

Serus, sere intellectus et inventus.

Terrificus, terrorem faciens, incutiens.

Canere, interpretari.

Nubes, aër.

Refixus, rescissus, dissolutus, deciduus.

Crinis, cauda incensa in formam capillorum, Schweif.

Haerere, ungewiſs seyn.

Non abnuere, probare, ut laetum accipere.

Auspicia, signa.

Exsors, sine sorte, extra sortem.

Ducere honores, praemium accipere.

Impressus signis, signa impressa, i. e. insculpta habens.

Cisseus, rex Thraciae, pater Hecubae, uxoris Priami.

Honor praelatus, honor, quem alter praetulit, praeripuit.

Ingredi, esse.

Certamen, turba certantium et spectantium.

Mittere, dimittere.

Custos, paedagogus, director.

Impubes, qui nondum pubertatis annos attigit.

Instruere cursus equorum, equos ad cursum instruere.

Avo, in honorem avi Anchisae.

Turma, cohors equitum.

Fremere, cum fremente, sonante applausu prosequi.

In morem, ex more hujus ludicri.

Tonsa corona, corona ex arbore tonsa, cui frondes decerptae.

Corneus, e corno factus.

Pars, scil. ferunt.

Flexilis circulus obtorti auri, torques aureus.

Magister, idem quod supra *custos*, Führer.

Nomen avi referre, idem nomen habere cum avo.

Clarus, inclytus.

Progenies, filius.

Bicolor, duos colores habens.

Candidus, pulcher.

Tueri, intueri, inspicere.

Ora, effigies.

Lustrare, circumire.

Insonare flagello, mit der Peitsche klatschen.

Discurrere, in diversas partes currere.

Pares, loco, ordine eodem.

Diductus, separatim in acie collocatus.

Solvere, separare.

Chorus, turma.

Convertere vias, iterum coire, zusammen treffen.

Ferre, inferre, tenere, habere, gerere.

Adversa spatia, spatia, quibus ipsi adversi, h. e. obvii invicem sibi facti sunt.

Alternis orbibus orbes impedire, cum variis flexibus se subire invicem, seque miscere et implicare.

Ciere simulacra, speciem et similitudinem ostendere.

Tergo

Terga fuga nudare, fugiendo terga ostendere.

Spicula vertere, mit Lanzen aufeinander losgehen.

Infensus, iratus.

Feruntur, scil. equis.

Labyrinthus, locus in Creta a Daedalo exstructus.

Parietes coeci, parietes, qui visum ac prospectum intercipiunt, ut totum iter, qua pateat, aestimare nequeas.

Textus, implicatus.

Anceps mille viis, dubius propter mille vias.

Dolus, item dolosum, fallens.

Signa sequendi, notae viae et itineris, qua erat incedendum redituro.

Indeprensus, qui deprehendi, animadverti non potest, inobservabilis.

Irremeabilis, qui remeari non potest.

Vestigia cursu impedire, cursus flexus implicare.

Texere fugas et proelia ludo, im Spiele Flucht und Kampf vorstellen.

Nando secare, transnare.

Carpathium, scil. mare, inter Aegyptum et

Rhodum ab insula Carpatho, illic posita, dictum.

Referre, repetere, innovare.

Troia pubes, scil. celebraverant.

Porro, longe post, post longum intervallum.

Patrius honor, ludus ab origine sua in Anchisae honorem institutus.

Novare, immutare.

Tumulo referre solemnia, die Todtenfeier begehen.

Ventos aspirare eunti, volantem incitare, properare facere vento secundo immisso.

Multa movere, vid. Aen. III. 34.

Necdum antiquum saturata dolorem, cujus antiqua ira nondum erat expleta, exhausta.

Trames, cursus, volatus.

Lustrare, circumspicere.

Secretae, separatae a viris.

Acta, littus.

Labor pelagi, molesta navigatio per mare.

Haud ignarus, peritus.

Doryclus, nothus Priami filius.

Genus, nobilitas.

Manus Achaica, Achivorum exercitus.
Verti, finiri.
Sidera, terrae diversis coeli plagis subjectae.
Emetiri, peragrare, pernavigare.
Ferri, trahi.
Magnus, vastus, immensus.
Volvi undis, navigare.
Jacere, ponere, ducere.
Hectoreus, Trojanus.
Infaustus, mali ominis.
Nec tantis mora prodigiis, properandum est, cum tanta sunt signa et indicia, cum res per somnum tam manifeste monstrata est.
Coruscare, vibrare.
Arrectus, excitatus.
Rhoeteia, Trojana, a Rhoeteo promontorio Trojae.
Decus, dignitas.
Digredi, abire.
Munus, sacrificium et caerimoniae, sollemnes inferiarum.
Anceps, dubius.
Oculi maligni, oculi torvi, transversi, qua-

les alias maligni animi signum esse solent.

Fatis, oraculis, ex fatorum ordine.

Alae pares, alae pariter libratae, aequali motu agitatae.

Fuga, dum fugeret, abiret.

Secare arcum, incedere per arcum.

Actus, impulsus.

Conclamare, simul clamare.

Foci penetrales, interiores partes (domorum proximarum).

Immissis habenis, vi sua, impetu suo.

Pictus, colore inductus.

Abiete, ex abiete.

Cunei theatri, spectatorum sedilia in theatro.

Perferre, nuntiare.

Castra, classis nautica.

Exanimis, consternatus.

Quo tenditis, quid habetis intentionis.

Belli simulacra ciere, imaginem belli exhibere, den Krieg vorstellen.

Diversa littora, diversae littoris partes.

Excussus, expulsus.

Juno, furor a Junone injectus.

Indomitus, qui facile domari non potest.

Ponere, deponere.

Udum robur, materia desupèr aquis injectis irrigata.

Vivere, durare, ignem alere, urere.

Stuppa, crassius lini purgamentum, (Werg), quo coassatorum tignorum juncturae stipatae sunt.

Vomere, emittere.

Tardus, densus, crassus.

Vaper, flamma, ignis.

Corpore, scil. navium.

Pestis, incendium, ignis.

Flumina, aqua.

Exosus, qui odio habet.

Ad unum, nullo excepto, omnino.

Pietas, miseratio, qua numen hominum miserias respicit.

Tenuis, exilis, pauper.

Letum, excidium, interitus.

Morti demittere, interficere.

Obruere, penitus exstinguere.

Edere, loqui.

Sine more, immodice.

Ardua terrarum, montes.

Super, desuper.

Curae, consilia.
Versare, considerare, reputare.
Residere, sedem capere.
Oblitus, immemor.
Capessere, captum ire, contendere.
Unus, praecipuus.
Ars, consilia sapientiae.
Portendere, praesignificare.
His vocibus infit, his verbis loqui incipit.
Quidquid erit, quidquid obvenerit.
Superant qui amissis navibus, quatuor crematarum navium copiae.
Fessus aequore, fatigatus longa navigatione.
Moenia, oppidum.
In omnes curas diduci, omnis generis curis sollicitari.
Polus, culmen coeli.
Facies, simulacrum.
Exercitus Iliacis fatis, vid. Aen. III. 182.
Depellere, prohibere.
Pulcherrimus, optimus, honestissimus, sapientissimus.
Asper cultu, incultus.
Averna, vid. Aen. III. 442.
Congressus, colloquia.

Impia Tartara, ubi impii habitant.

Amoenus, aspectu jucundus.

Dari, a fatis destinari.

Torquet nox medios cursus, nox ad medium coeli culmen evecta jam declivi via fertur.

Saevus, inimicus, qui lucis usum eripit umbris.

Oriens, sol, vid. Georg. I. 250.

Fugere, evanescere.

Memorare, dicere.

Sopitus ignis, ignis coopertus cinere.

Suscitare, commovere, aufschüren.

Pergameus Lar, Trojani penates.

Penetralia Vestae, Vesta ipsa, quae intima aedium parte, velata et ab hominibus aspectu intacta, servabatur.

Pius, ad sacrificium pertinens, religiosus.

Acerra, thuribulum.

Arcessere, advocare.

Haud mora consiliis, non capitur longa deliberatio.

Transscribere, tradere.

Deponere, relinquere.

Nil magnae laudis egens, laudis non appe-

tens, gloriae non cupidus, sed ingloria et obscura vita contentus.

Ambesus, circumesus, consumtus.

Reponere, renovare, cum integris permutare.

Bello vivida virtus, tales, quibus est vivida virtus ad bellum.

Urbem designare aratro, sulco, per aratrum facto designare moenia.

Sortiri domos, sorte distribuere locum aedibus futuris.

Regnum, nova regni accessio, nova urbs.

Forum indicère, iudicia constituere, rem judiciariam describere.

Patres vocati, senatus lectus ac convocatus.

Dare iura, ferre de novis legibus scribendis.

Sedes, templum.

Fundare, exstruere.

Idalia, vid. Aen. I. 693.

Aris fit honos, in aris sacrificatur.

Sternere, aequare, componere, tranquillum facere.

Creber, increscens.

Facies, aspectus.

Ex ordine, deinceps.

Tonsa oliva, frondes oleae decerptae.

Inexsaturabilis, cujus odium exsaturari nequit.

Pietas, scil. Aeneae, in illa placanda.

Mitigare, placare.

Infractus, flexus.

Exedere, conficere, perdere.

Per omnem poenam trahere, omnibus calamitatibus ac malis versare, jactare.

Reliquiae, Trojani, urbe capta superstites.

Molem exciere, tempestatem excitare.

Maria coelo miscere, mare ad coelum usque commovere.

Per sedus actus, ad sedus adactus.

Foede, turpiter.

Subigere, compellere, cogere.

Tibi, per te, tua opera.

Laurens, sic dicitur Thybris, quia Laurentinos agros attingit.

Concessa, permissa a Diis.

Exanimatus, consternatus, metu perculsus.

Impingere, scil. muris, ad muros compellere.

Evolvere, effundere.

Dii aequi, dii faventes.

Vires aequae, vires pares.

Ab imo, funditus.

Perjura, sic dicta Troja, propter Laomedontem, qui perjurus fuit dum mercedem promissam negaret.

Perstare, perseverare.

Portus Averni, Cumae.

Quaerere, requirere, desiderare.

Permulcere, dulcedine afficere, delectare.

Feri, equi.

Effundere, laxare.

Subsidere, non moveri.

Variae comitum facies, comites varia facie et vario aspectu.

Cete, belluae marinae.

Glauci chorus, *Inousque Palaemon*, vid. Georg. I. 437.

Tritones, vid. Aen. I. 158.

Phorci exercitus, vid. Aen. V. 240, dei marini.

Melite, una ex Nereidibus.

Panopea virgo, vid. Aen. V. 240.

Nesaee, *Spio*, *Thalia*, *Cymodoce*, Nereides, vid. Georg. IV. 338.

Suspensus, sollicitus.

Pertentare, titillare, voluptate afficere.

Intendere brachia velis, alligare vela antennis.

Facere, expedire, parare.

Pedes, funes, quibus inferiores veli anguli puppim versus adducuntur.

Sinus, scil. velorum, vid. Aen. III. 455. V. 16.

Cornua, antennarum extremitates.

Sua flamina, venti secundi.

Agmen, scil. navium, classis.

Meta coeli, summa, celsissima pars, vertex coeli.

Placida quiete membra laxare, placide dormire.

Astra aetheria, altum coelum.

Petere, aggredi, insidiari.

Somnia, somnus.

Insons, innocens.

Fundere loquelas, loqui.

Jasides, Jasi filius.

Aequatae aurae, aurae aequaliter flantes, prosperae.

Furari, subtrahere, subducere.

Munera inire, officio fungi.

Vix, cum difficultate.

Mene ignorare iubes, num vis me ignorare, nosco, satis mihi notum est.

Vultus, facies.

Monstrum, insolita maris tranquillitas, subdola tamen et insidiosa.

Credere, committere.

Quid enim, quomodo vero.

Clavus, gubernaculum.

Oculos sub astra tenere, astra intentis oculis aspicere.

Lethaeum ros, aqua fluminis Lethes.

Soporatus, soporifer.

Cunctari, resistere, reluctari.

Natantia lumina, vid. Georg. IV. 496.

Solvere, laxare.

Incumbens, scil. somnus.

Projicere praecipitem, praecipitare.

Ales, alatus, volucris.

Non secius, nihilominus.

Interritus, sine offensione, nullo casu adverso exterritus.

Scopuli Sirenum, tres sunt in Paestano sinu non longe a Capreis, adversus promontorium Surrentinum, fluctuum allisione

et naufragiis olim infames: Sirenes autem fuerunt parte virgines, parte volucres, quae navigantes cantu dulcissimo demulcebant, et in naufragia perducebant.

Difficilis, navigantibus perniciosus, periculosus.

Assiduo sale, assiduo maris impulsu.

Fluitare, huc et illuc undis ferri.

Magister, rector, Steuermann.

Ratis, navis.

Nudus, insepultus.

Ignotus, peregrinus.

LIBER VI.

Classi immittere habenas, excepto velis expansis vento, cursum classis urgere.

Euboicae, sic dicuntur orae aut regiones ubi Cumae sitae, quia hae a Chalcidensibus, populis insulae Euboeae, exstructae sunt: Cumae autem civitas Campaniae.

Obvertere pelago, contra mare vertere.

Tenax, haerens, firmiter affixus.

Fundare, ad fundum figere, firmare, tenere.

Praetexere, cooperire, tegere.

Ardens, festinans.

Semina flammae, scintillae ignis.

Abstrusus, latens, reconditus.

Rapere, rapido cursu perlustrare.

Arces, templum in montium jugis.

Horrendus, venerandus.

Secreta, einsame Wohnung.

Magnam mentem animumque inspirare, animum commovere, in furorem agere, begeistern.

Delius vates, Apollo.

Trivia, Hecate aut Proserpina, sic dicta, quia in triviis colitur.

Tecta, templum, scil. Apollinis.

Daedalus, Mitionis filius, artifex celeberrimus.

Minoia regna, Creta.

Praepes, celer, velox.

Credere coelo, aëri se committere.

Enare, evolare.

Arctos, vid. Georg. I. 245, septentrionalis plaga.

Chalcidica arx, Cumae, a Chalcidensibus conditae.

Redditus terris, in terram deveniens.

Remigium alarum, alae, quibus per aërem remigaverat.

Androgeus, filius Minois, ab Atheniensibus occisus.

Pendere, persolvere.

Cecropidae, Athenienses a rege Cecrope sic dicti.

Septena corpora natorum, septem nati.

Stare, adstare.

Elatus mari, eminens e mari, altus.

Respondet contra, in alteris valvis ex adversa, opposita parte expressa est.

Gnosia tellus, Creta, vid. Aen. III. 115.

Crudelis, violentus.

Supposta, supposita, scil. tauro, summissa.

Furto, per furtum, clanculum.

Pasiphae, Minois uxor, quae inclusa in vaccam ligneam concubuit cum tauro; inde, *supposita*.

Biformis, duas formas habens.

Minotaurus, partim homo partim taurus, e Pasiphae et tauro natus.

Venus, amor.

Domus, Labyrinthus, Daedali opus, in Pasiphaes gratiam susceptum, ut Minotaurum in eo absconderet.

Inextricabilis, insolubilis, indeprehensibilis.

Regina, Ariadne, regis Minois filia.

Doli et ambages tecti, flexus viae et errores Labyrinthi.

Resolvere, expedire, scil. reditu et egressu monstrato.

Caecus, obscurus, ambiguus.

Regere, dirigere.

Icarus, Daedali filius, qui, volans cum patre, quum altiora peteret, pennis e cera factis calore solis resolutis, in mare decidit.

Perlegere, perlustrare.

Deiphobe, nomen Sibyllae, Glauci filiae.

Hoc tempus non poscit ista spectacula, non est tempus nunc hujus modi spectandi.

Grex intactus, grex boum iugo intactorum.

Praestat, melius est.

De more, ex ritu sacrorum.

Sacra morari, sacrificia differre.

Latus Euboicae rupis excisum in antrum ingens,

gens, in montibus Cumanis est ingens antrum excisum in latere montis.

Aditus, meatus subterranei.

Ruere, effundi, edi.

Fata, oracula.

Non comtae mansere comae, non mansere ut erant, in suo positu naturali, sed factae sunt horrentes.

Rabie tumere, inflari furore.

Nec mortale sonans, vox non mortalis.

Cessare in vota, cessare, cunctari vota facere.

Dehiscere, aperiri.

Attonitus, attonitos reddens homines.

Orae domus, interioris majoris antri fores.

Tremor, Schauer.

Aeacides, Achilles, nepos Aeaci.

Obire, circumdare.

Penitus repostus, longe remotus.

Massyli, vid. Aen. IV. 483.

Praetentus, praevallatus, praemunitus.

Fortuna, scil. adversa, calamitas.

Pergamea gens, Trojani.

Obstare, odio esse.

Dare, facere, efficere.

Agitatus, profugatus.

Manere, exspectare.

Penetralia, sacraria.

Sortes, surculi, quibus litterae erant insculptae ad divinandum, ipsi taeniis aut vittis quibusdam involuti servabantur.

Fata arcana, libri Sibyllini, in quibus erant fata Romana.

Dictus, declaratus, pronuntiatus.

Ponere, reservare.

Mandare, inscribere.

Carmina, oracula.

Turbatus, commotus.

Ludibrium, Spiel.

Canere, ore edere, proferre.

Patiens, qui capere, recipere non potest.

Immanis, terribilis, ferox.

Bacchari, discurrere.

Excutere, ejicere.

Fatigare, molestia afficere, vexare.

Rabidus, furens.

Fingere, componere, ad debitum situm reducere.

Premere, comprimere, coërcere.

Ostia, aditus ad interiores recessus antri.

Defunctus, liberatus.

Regna Lavini, Lavinium.

Mittere, remittere, deponere.

Doricus, Graecus.

Alius Achilles, intelligitur Turnus Veniliae filius.

Additus, affixus, infestus, inimicus.

Egenus, angustus, periculosus.

Orare, auxilium implorare.

Hospita, hospitium praebens.

Qua, via et ratione, quo modo.

Via salutis, modus acquirendae salutis.

Reri, opinari.

Graja urbs, intelligitur Pallanteum, urbs Evandri.

Pandere, aperiri.

Ambages, ambigui sermones.

Obscuris vera involvere, eventa rerum obscuris verbis prodere.

Frena concutere, impetum animi concitare.

Stimulos sub pectore vertere, stimulos in pectore figere, vehementer incitare, furorem excitare.

Facies, genus, species.

Surgere, evenire, occurrere.

Praecipere, ante cognoscere, ante cogitare.

Peragere, exigere, perpendere.

Janua regis, aditus regni.

Refusus, stagnans, exuberans.

Recipere, liberare.

Minae, terrores.

Invalidus, debilis.

Ultra sortem senectae, praeter munus senectutis, praeter quod senectus ferre potest.

Accersere, advocare ad se.

Fretus cithara, ope citharae.

Fides canorae, chordae dulce sonantes.

Alterna morte redimere, alternatim mortem suscipere, ad inferos descendere: hoc fecisse dicitur Pollux, Jovis et Ledae filius, qui, ut cum Castore, eadem matre, sed mortali patre Tyndareo nato, immortalitatem communicaret, a diis consequutus est, ut quoties ipse ad inferos se contulisset, fratri apud deos interim versari liceret.

Theseus, Aegei filius descendit ad inferos cum amico Pirithoo ad rapiendam Proserpinam.

Alcides, Hercules, descendit ad inferos ut Cerberum inde extraheret.

Satus, progenitus.

Avernus, loci inferi.

Revocare gradum, redire.

Aequus, propitius.

Ardens, splendens, enitens.

Evehere ad aethera, ad coelum extollere.

Cocytus, fluvius infernalis.

Circumvenire, circumire, circumdare, circumfluere.

Insanus labor, magnum ausum, coeptum, ardua res.

Indulgere, unternehmen.

Vimen, virga.

Juno inferna, Proserpina.

Convallis, vallis ex omni parte montibus collibusque comprehensa.

Dari, concedi, permitti.

Telluris operta, loca infera, quatenus sub terra.

Auricomus foetus, ramus folia aurea habens.

Frondescere, frondes emittere, progerminare.

Alte vestigare, omni intentione inquirere.

Si te fata vocant, si fatale tibi est, inferos adire.

Incestare, polluere.

Consulta petere, oracula quaerere.

Pendere, haerere.

Sedibus hunc refer ante suis, fac ut sedem accipiat, recipiatur in locis inferis umbra ejus.

Piaculum, sacrificium quod fit ad placandum.

Invius, unzugänglich.

Defixus lumina, habens oculos in terram fixos.

Coecus, incertus, dubius.

Volutare animo, überdenken.

Vestigia figere, sistere gradum, consistere subito.

Multa vario sermone serere, sermones serere; super variis rebus.

Aeolides, Aeoli filius.

Aes, lituus, tuba aerea.

Ciere, excitare.

Mars, furor bellicus.

Lituus, medium instrumentum inter tubam

et cornu, non rectum prorsus ut illa, nec totum incurvum ut illud.

Inferiora, inferior, vir non minoris dignitatis.

Concha, tuba, lituus.

Personare aequora, sonare per aequora.

Aemulus, invidus.

Exceptus, captus, oppressus insidiis.

Magno clamore fremere, magnum clamorem cum indignatione tollere.

Festinare, festinanter exsequi.

Ara sepulcri, pyra in similitudinem arae exstructa.

Congerere, accumulare.

Coelo, ad coelum usque.

Educere, hinaufführen.

Stabulum, cubile.

Picea, Georg. II. 257.

Cuneis fissilis, qui cuneis findi potest.

Arma, instrumenta.

Se ostendere, apparere.

Sub ora, in conspectum.

Maternae aves, aves matri, scil. Veneri sacrae, columbae.

Cursus, volatus.

Opacare, inumbrare.

Deficere dubiis rebus, deserere in rebus afflictis, perditis.

Vestigia premere, subsistere.

Signa ferre, augurium dare.

Prodire volando, volatu antecedere, voraufliegen.

Acies, visus acutior et intentior.

Servare, observare.

Graveolens, gravem odorem exhalans.

Sedes optatae, arbor, quam volatu petierant.

Discolor aura, diversi coloris splendor.

Viscum, vid. Georg. I. 139. IV. 41.

Arbor sua, arbor propria et nativa.

Bractea, lamina tenuis.

Cunctans, gravis, validus.

Sub tecta, ad domum.

Ingratus, gratiam nec sentiens, nec referens.

Ferre suprema, scil. funera, die letzte Ehre erweisen.

Taeda, arbor plena resinae, eadem quae antea *picea* dicta est.

Sectus, fissus.

Frondibus atris intexere latera, latera facere ex lignis et ramis arborum nigricantium.

Feralis, in funeribus adhiberi solitus, vid. Aen. IV. 462.

Decorare, exornare.

Undans, ebulliens.

Expedire, parare.

Frigens, mortuus.

Membra, cadaver, corpus.

Velamina nota, quibus ipse, dum viveret, usus est.

Subire, in humeros suscipere.

Feretrum, Todtenbahre.

Subjectam tenere facem, subjicere, subdere taedam incensam cadaveri.

Aversus, faciem avertens.

Turea dona, tura.

Dapes, corpora victimarum caesa.

Fuse crateres olivo, vasa plena olei.

Bibulus, imbibens.

Lavare, aspergere.

Cadus, urna.

Circumferre socios unda, undam circa socios ferre.

Spargere rore, aqua conspergere.

Navis excussa magistro, navis, de qua gubernator est excussus.

Deficere, periclitari.

Hibernus, asper, procellosus.

Lumen, dies.

Tuta tenere, in salvo esse.

Gravatus, oneratus.

Me, corpus meum.

Versare, huc atque illuc agere.

Auras, scil. vitales, quas carpis.

Surgere, crescere in annos.

Portus Velini, sic dicti a Velia in iisdem locis aliquando condenda.

Requirere, invisere.

Creatrix, mater.

Numen, nutus, voluntas.

Innare, pernavigare.

Severus, tristis, horrendus.

Injussus, sine iussu deorum.

Flectere, mutare.

Cape memor, tene memoria.

Prodigia coelestia, ostenta a diis missa.

Actus, impulsus.

Piare, expiare, placare.

Sollemnia mittere, inferias ferre.

Parum-

Parumper, paululum.

Cognominis, idem nomen habens.

Jam inde, a longe.

Advertere pedem, appropinquare.

Quid, cur, quare.

Jam istinc comprime gressum, ne te ultro commove ab eo loco, in quo es.

Soporus, soporifer.

Vectare, vehere, ducere.

Ire, adire loca infera.

Dis geniti, sic dicuntur Theseus et Pirithous, quia ille a Neptuno, hic a Jove erat genitus.

Tartareus custos, Cerberus.

In vincla, ut vinciat.

Domina, Proserpina.

Adoriri, conari.

Amphrysia, sic dicitur Sibylla, quia sacerdos Apollinis, qui Amphrysius nominatur ab Amphryso, fluvio Thessaliae.

Absistere, desinere.

Movere, commovere, terrere.

Licet, scil. per nos, non obstamus.

Ingens ianitor, Cerberus, quia januam custodit Orci.

Patruus, frater patris, intelligitur Pluto, qui frater Jovis, patris Proserpinae.

Servare limen, inhabitare domum.

Imago, cogitatio.

Aperire, nudare, detegere, proferre.

Residere, sedari.

Nec plura his, nec est aliquid ulterius dictum.

Fatalis, sic dicta virga, quia fato Aeneas debebatur.

Juga, transtra, vectorum sedilia.

Deturbare, dejicere.

Laxare, vacuare.

Fori, tabulata.

Alveus, scil. navis, der Raum im Schiffe.

Sutilis, e juncis contextus.

Multa palus, multa aqua paludis.

Latratus trifaux, latratus tribus faucibus editus.

Adversus, a regione situs.

Horrere, sich sträuben.

Soporatus, vim soporificam habens; vid. Aen. V. 855.

Medicatae fruges, grana et semina, succis

herbarum, qui vim aliquam v. c. in magicis rebus habent, perfusa.

Offa, globulus ex pulte factus.

Resolvere, reclinare.

Sepultus, scil. somno, soporatus.

Vagitus, vox, ploratus infantium, Gewimmer.

Exsors, non particeps.

Auferre, scil. e medio, wegraffen.

Ater, funestus.

Funere acerbo mergere, immatura morte subigere, deprimere.

Falso crimine, ob crimen falso impositum.

Quaesitor, iudex quaestionis.

Movere urnam, sortiri iudices.

Silentes, umbrae, animae.

Concilium, turba eorum de quibus cognitio habebitur, rei.

Vocare, ad iudicium citare.

Vitae, quae in vita egerunt.

Discere, disquirere examinando.

Insons, nullo crimine pollutus.

Letum sibi parere manu, violentas manus sibi inferre, mortem sibi ipsi consciscere.

Lucem perosus, odio habens vitam.

Projicere animam, profundere vitam, sine ullo ejus servandae studio, tanquam rei vilis.

Aether altus, aër in quo nos sumus, die Oberwelt.

Labores, morbi, cruciatus.

Fas, naturae, inferorumque iura.

Inamabilis, vid. Georg. IV. 479.

Novies interfusa Styx coercet, vid. Georg. IV. 480.

Fusus, diffusus, patens.

Durus, immitis, inexorabilis.

Tabes, lenta confectio.

Peredere, consumere.

Celare, abscondere.

Phaedra, filia Minois et Pasiphaës uxor Thesei, amore privigni Hippolyti capta, laqueo vitam finivit.

Procris, uxor Cephali, quae marito fidem fregit, ab eoque interemta est.

Eriphyle, uxor Amphiarai, quae ab Alcmaeone filio occisa est, quia maritum accepto monili prodiderat.

Evadne, uxor Capanei, quae virum ita

amavit, ut in ardentem ejus rogum se praecipitaverit.

Pasiphae, vid. Aen. VI. 25.

Laodamia, uxor Protesilai, quae cum impetrasset mariti defuncti in bello Trojano posse intueri umbram, in ejus complexibus periit.

Caenis, virgo, quae a Neptuno compressa impetravit ab eo sexus mutationem, sed cum in bello Centaurorum et Lapitharum periisset, in pristinum sexum rediit.

Revolutus, iterum mutatus.

Recens a volnere, recens et nova in illis locis post acceptum vulnus, quo periit.

Errare, vagari.

Primo mense, initio mensis, nova luna.

Demittere lacrimas, flere lacrimis sponte cadentibus.

Extrema sequi, se interimere.

Funus, mors.

Si qua fides tellure sub ima est, si quid apud inferos aliud, quod fidem facere juranti potest.

Sentus, squalidus, asper, horridus.

Situs, squalor et horror incultae telluris

nec manuum opera motae quo fit ut obducatur solum sentibus, dumis, filice.

Sistere gradum, stehen bleiben.

Fato, permissu fati.

Ardens, iratus.

Torva, torve, minaciter, terribiliter.

Tueri, aspicere.

Lenibat, lenire, mulcere studebat.

Ciere, fundere.

Marpesia cautes, saxum ex insula Paro; Marpesos enim est mons hujus insulae.

Corripere se, raptim se subtrahere.

Umbrifer, umbrosus, frondosus.

Pristinus, prior.

Percussus, afflictus, concussus.

Prosequi, oculis sequi, nachsehen.

Datum iter moliri, iter facere, peragere, qua via patet, ducit.

Tydeus, Oenei filius, pater Diomedis.

Parthenopaeus, filius Atalantae.

Adrastus, Thalaonis filius solus superfuit e septem regibus, qui ad Thebas castra metati sunt.

Ad superos, apud viros, inter homines.

Caducus, qui occidit, occisus.

Longo ordine, ingenti multitudine.
Antenoridae, Antenoris filii.
Cereri sacer, Cereris sacerdos.
Etiam, etiamnum, adhuc.
Usque, diu.
Conferre gradum, congredi.
Phalanges, exercitus.
Vertere terga, fugere.
Petere naves, currere, properare ad naves.
Frustrari, decipere.
Hians, os aperiens ad clamorem, clamare cupiens.
Lacer, dilaceratus.
Populatus, vastatus, deformis factus.
Raptus, ablatus, abscissus.
Truncus, truncatus.
Inhonestus, foedus, turpis.
Supplicia, vulnera.
Notae voces, verba, qualia notorum, familiarium esse solent.
Genus, oriundus.
Optare, statuere, inducere in animum, audere.
Cui tantum de te licuit, cui permissum est, tantum poenarum sumere de te.

Ruere, finiri.

Ducere, absumere.

Ambae, duae.

Ditis maenia, Plutonis regia.

Laeva malorum exercet poenas, laeva parte exercentur poenae in malos.

Tartara impia, ubi sunt impii.

Saevire, irasci.

Numerum, scil. umbrarum, qui ejus discessu uno capite erat diminutus.

Reddi tenebris, ad tenebras redire.

In verbo, simul cum ultimo verbo.

Vestigia torquere, se avertere.

Moenia, locus, qui includitur muris, urbs.

Ambire, circumfluere.

Phlegethon, fluvius infernalis.

Torquere, volvere.

Adamas, Diamant.

Columnae, postes.

Stare ad auras, in altum eminere.

Tisiphone, vid. Georg. IV. 552.

Vestibulum, aditus.

Exsomnis, non dormiens, pervigil.

Servare, custodire.

Haurire, accipere, percipere.

Facies, species.

Urgere, premere.

Castus, pius.

Sceleratus, sceleribus contaminatus, impurus.

Insistere, ingredi.

Deum poenae, poenae, quas dii nocentibus statuerunt.

Rhadamanthus, Jovis et Europae filius, judex apud inferos.

Durus, severus, rigidus.

Castigare, atrociter increpitare.

Doli, scelera dolo malo commissa.

Subigere, cogere.

Apud superos, in vita.

Furto laetatus inani, laetatus, quia putabat, latere deos, et impune sibi abire commissa, sed frustra.

Distulit in seram mortem, occultavit, ideoque reus non factus est, nec poenas dedit, dum viveret.

Piaculum, crimen.

Sontes, rei, damnati.

Ultrix, scil. scelerum.

Quatere, percutere.

Intentare, minitari.

Horrisonus, horribiliter sonans.

Sacer, execrabilis.

Custodia qualis, quae custos, scil. Tisiphone.

Hiatus, faux aperta.

Intus, intra portam.

In praeceps, in profundum.

Coeli suspectus, prospectus per aërem a terra.

Genus, progenies.

Titania pubes, Titanis filii, qui adversus Saturnum bellum gesserunt.

Alcidae, Otus et Ephialtes, filii Neptuni et Iphimediae Alvei uxoris, qui freti altitudine coelum expugnare conati, sed Dianae et Apollinis telis confixi sunt.

Aggredi, conari.

Supera regna, regna coelorum.

Detrudere, dejicere.

Crudelis, saevus.

Salmoneus, filius Aeoli, rex Elidis.

Jovis flamma, fulmen.

Sonitus Olympi, tonitru.

Imitabilis, quod quis imitari potest.

Cornipes, corneos pedes habens.

Simulare, fingere, imitari.

Telum contorquere, fulmen dimittere.

Fumens, fumosus, habens fumum admixtum.

Praecipitem adigere, herabschleudern.

Tityos, supplicio affectus apud inferos, quia Latonae vim inferre voluit.

Omniparens, omnium parens.

Alumnus, filius.

Porrigi, extendi.

Vultur, Geier.

Obuncus, incurvus.

Immortalis, qui consumi non potest.

Jecur, Leber.

Tondere, depasci, comedere.

Foecunda poenis viscera, jecur quod renascitur ad novum supplicium, ut iterum erui possit.

Rimari, pasci.

Fibrae, extremitates, eminentiae jecoris.

Lapithae, vid. Georg. II. 457.

Ixion, vid. Georg. III. 38. IV. 484.

Genialis, magnificus.

Fulcra, sustentacula et pedes lectorum.

Regificus, regius, regalis.

Mensae, fercula anteposita.

Pulsatus, verberatus, verberibus caesus.

Innexus, illatus.

Cliens, qui se in fidem et patrocinium alicujus dedit.

Incubare, in seinen Nutzen verwenden; vid. Georg. II. 507.

Repertus, partus, paratus.

Ponere, tribuere, seponere.

Sui, cognati, affines.

Arma impia sequi, bella civilia tractare, patriae bellum inferre.

Dominorum fallere dextras, fidem dominis promissam fallere.

Quam poenam, scil. exspectandam habeant.

Quae forma, scil. poenae.

Fortuna, miseria.

Mergere, excipere, manere.

Districtus, distentus, divulsus a se.

Phlegyas, Martis filius, pater Ixionis et Coronidis, (e qua Aesculapium suscepit Apollo,) qui Apollinis templum Delphis incendit.

Moniti, scil. exemplo meo.

Imponere, inducere, intrudere.

Figere et refigere leges, condere et abolere leges.

Pretio, corruptus, für Geld.

Hymenaei, coitus, concubitus.

Auso potiti, perfecerunt, quae ausi sunt.

Vox ferrea, vox, quae nulla clamoris intentione frangitur.

Forma, genus.

Percurrere, recensere, enumerare.

Munus, officium, negotium.

Moenia educta Cyclopum caminis, moenia ferro cuso et ferruminato in Cyclopum fabricis.

Adversa fornice portae, portae adversae, et quidem in fornicem ductae, arcuatae.

Opaca viarum, obscuritates viarum.

Corripere, raptim peragere.

Perfecto munere divae, postquam munus Proserpinae dedicaverant.

Viretum, locus ubi herbae virentes sunt.

Sedes beatae, sedes beatorum.

Largior, patentior, liberior, nullis nubibus, nulla caligine inductus.

Purpureus, pulcher.

Intentare, minitari.

Horrisonus, horribiliter sonans.

Sacer, execrabilis.

Custodia qualis, quae custos, scil. Tisiphone.

Hiatus, faux aperta.

Intus, intra portam.

In praeceps, in profundum.

Coeli suspectus, prospectus per aërem a terra.

Genus, progenies.

Titania pubes, Titanis filii, qui adversus Saturnum bellum gesserunt.

Alcidae, Otus et Ephialtes, filii Neptuni et Iphimediae Alvei uxoris, qui freti altitudine coelum expugnare conati, sed Dianae et Apollinis telis confixi sunt.

Aggredi, conari.

Supera regna, regna coelorum.

Detrudere, dejicere.

Crudelis, saevus.

Salmoneus, filius Aeoli, rex Elidis.

Jovis flamma, fulmen.

Sonitus Olympi, tonitru.

Imitabilis, quod quis imitari potest.

Cornipes, corneos pedes habens.
Simulare, fingere, imitari.
Telum contorquere, fulmen dimittere.
Fumens, fumosus, habens fumum admixtum.
Praecipitem adigere, herabschleudern.
Tityos, supplicio affectus apud inferos, quia Latonae vim inferre voluit.
Omniparens, omnium parens.
Alumnus, filius.
Porrigi, extendi.
Vultur, Geier.
Obuncus, incurvus.
Immortalis, qui consumi non potest.
Jecur, Leber.
Tondere, depasci, comedere.
Foecunda poenis viscera, jecur quod renascitur ad novum supplicium, ut iterum erui possit.
Rimari, pasci.
Fibrae, extremitates, eminentiae jecoris.
Lapithae, vid. Georg. II. 457.
Ixion, vid. Georg. III. 38. IV. 484.
Genialis, magnificus.
Fulcra, sustentacula et pedes lectorum.

Nosse, videre.

Pedibus plaudere choreas, ducere choreas cum pedum plausu.

Sacerdos, vates.

Threicius sacerdos, Orpheus.

Obloqui, facere loqui, sonare, pulsare.

Numeris, numerose, nach dem Tact.

Septem discrimina vocum, lyra septem chordarum.

Pecten, plectrum.

Ilus Assaracusque, filii Trois, reges Trojani.

Dardanus, Jovis et Electrae filius.

Solutus, abgespannt.

Gratia, amor.

Nitens, pinguis.

Tellure repostus, conditus, mortuus.

Vesci, epulas celebrare.

Paean, hymnus in laudem Apollinis proprie, deinceps, omnium Deorum.

Superne, ex editiore loco.

Plurimus, abundans aqua.

Eridanus, vid. Georg. I. 482.

Manus, multitudo.

Ob patriam, pro salute patriae.

Sacer-

Sacerdotes casti, qui sacra pure ac pie curabant.

Phoebo digna locuti, qui talia loquebantur, qualia decebant Apollinem.

Excolere, exornare.

Merendo, promerendo, bene merendo de aliis.

Musaeus, filius Eumolpidis, discipulus Orphei.

Illius ergo, propter illum, illius causa.

Domus, habitatio.

Riparum tori, ripae, ipsae similes toris.

Prata recentia rivis, prata virentia propter vicinas aquas.

Superare, ascendere.

Facili tramite sistere, facili et expedita via deducere.

Ante ferre gressum, praeire.

Nitens, fertilis, pinguedine exuberans.

Inclusus, collectus.

Superum lumen, die Oberwelt.

Recolere, recensere.

Manus, facta, res gestae.

Tendere adversum, e regione advenire.

Vox excidit ore, erupuit in verba.

Spectatus, probatus.

Durum iter, difficultates itineris.

Notas audire et reddere voces, familiariter confabulari, loqui.

Animo ducere, opinari, cogitare.

Dinumerare, berechnen.

Cura, cogitatio.

Tristis, severus, terribilis.

Reducta vallis, quae sinus quosdam flexuosos et recessus habet.

Seclusus, secretus, separatus.

Virgulta sonantia silvis, virgulta silvarum sonantia, silvae sonantes, vento motae.

Lethaeus amnis, Lethe, fluvius apud inferos.

Praenatare, praeterfluere.

Murmur, susurrus.

Flumina porro, flumina longo cursu praetexentia campum.

Ad fluminis undam, procumbentes ad amnem.

Securus latex, aqua securum reddens.

Oblivium, Vergessenheit.

Italia reperta, accessus ad Italiam.

Ire sublimem, redire.

Ad coelum, ad vitam.

Suspensus, incertus, dubius.

Suscipere, respondere, das Wort nehmen.

Coelum, aër.
Campi liquentes, mare.
Titania astra, astrum Titanium, h. e. Titan seu Sol.
Spiritus, anima mundi.
Artus, membra, partes.
Agitare, movere, impellere.
Inde, ex hac mente mundi sunt.
Volantes, volucres.
Illis seminibus, his animabus ex anima mundi, tanquam ex igni scintillae, petitis.
Quantum non noxia corpora tardant, quatenus natura corporis terrestris vim divinae flammae non obtundit.
Moribundus, mortalis.
Dispicere, prospicere.
Coecus, obscurus.
Corporeae pestes, infectiones, contagium corporis.
Excedere, exui.
Diu, per tam longum vitae tempus.
Concretus, conjunctus, conglutinatus.
Inolescere, succrescere, fest ankleben.
Exerceri, affici.

Infectum scelus, scelus, quo infecti, contaminati sunt.

Eluere, aqua expurgare.

Quisque suos patimur Manes, nostrum omnium Manes patiuntur: omnibus Manibus ista patienda sunt.

Per, ad.

Perfecto temporis orbe, definitum post tempus, h. e. mille annos.

Concretus, affixus, adhaerens.

Eximere, demere; expellere.

Labes, vitium.

Aetherius sensus, mens ex aethere deducta.

Simplex, purus.

Rotam volvere, exigere tempus in orbem rediens.

Immemor, oblitus.

Conventus, multitudo in unum locum coacta.

Capere, ascendere.

Adversus, ex adverso incedens.

Legere, recensere, cognoscere.

Qui maneant, qui exspectandi sint.

Itala de gente, de nova stirpe in Latio ex Lavinia suscipienda.

Ire in nomen, esse ex gente.

Expedire dictis, narrare.

Hasta pura, hasta sine ferro, sceptrum.

Proxima lucis loca tenere, proximo loco nascetur, vitae imminet.

Commixtus Italo sanguine, generatus ex commixtione sanguinis Trojani cum Italo.

Albanum nomen, Albanus.

Postumus, postremo loco natus.

Nomine referre, ebendenselben Namen führen.

Umbratus, umbra coopertus.

Civilis quercus, corona civica, quae e frondibus quercus facta erat.

Nomentum, *Gabii*, *Fidenae*, oppida in Latio antiquo.

Collatinae arces, Collatia oppidum Latii.

Imponere, exstruere.

Pometii, *Castrum Inui*, *Bola*, *Cora*, oppida Latii.

Inuus, Pan.

Mavortius, a Marte genitus.

Addere sese, esse.

Ilia, vid. Aen. I. 274.

Geminae cristae, galea duplici crista.

Stare, esse.

Signat honore suo, coelestem jam facit, jam hinc destinat in numerum immortalium.

Pater superum, pater deorum, Jupiter.

Auspiciis, ductu.

Imperium aequare terris, totum terrarum orbem imperio suo amplecti, imperium ad terrarum fines proferre.

Animos aequare Olympo, animos celsos et diis virtute pares habere.

Arces, colles.

Berecyntia mater, Cybele, a Berecynto monte Phrygiae sic dicta.

Turritus, turrim gestans.

Laeta Deum partu, laeta quia tot deos peperit.

Supera alta, coelestia regna, coelorum domicilia.

Geminas acies flectere, convertere oculos.

Sub axem coeli, in vitam, in lucem.

Divus, Caesar.

Garamantes, vid. Ecl. VIII. 44.

Proferre, extendere.

Sidera, duodecim signa Zodiaci.

Coelifer, coelum ferens.

Axem torquere, sustinere coelum torquens se et vertens.

Stellis ardentibus aptus, ex quo stellae fulgentes aptae, in quo fixae sunt.

Caspia regna, populi circa Mare Caspium, imprimis Hyrcani et Bactriani sub Parthis degentes.

Responsa divum, oracula.

Horrere, timere.

Maeotia tellus, Scythia, cujus palus est Maeotis.

Septemgeminus, septemplex, septemfluus.

Turbare, perturbari.

Obire, circumire.

Figere, telis configere.

Aeripes, aereos pedes habens.

Erymanthus, mons Arcadiae, in cujus silvis aper erat ferocissimus a Hercule occisus.

Pacare, quietum reddere.

Lerna, lacus in Argivorum agro, in quo habitabant, hydra, inde dicta Lernaea, quae ab Hercule occisa est.

Tremefacere, terrorem incutere.

Pampineae habenae, habenae, pampino circumvolutae et implexae.

Juga, bijuges tigres.

Nysa, Indiae urbs et mons.

Virtus, gloria virtute parta.

Sacra ferre, sacra et religiones condere.

Incana menta, Georg. III. 311.

Curae, oppidum Sabinorum.

Subire, succedere.

Reses, ignavus, piger, otio deditus.

Movere, excitare.

Jactantior, arrogantior.

Aura popularis, favor populi.

Fasces recepti, imperium a regibus in Consules translatum; fasces praelati erant signum summae potestatis.

Utcunque, in quamcunque partem.

Ferre, accipere, judicare, interpretari.

Decii, pater et filius, qui se pro patria devoverunt, alter bello Latino, alter Gallico.

Drusi, alter bello Punico secundo clarus, alter tribunus plebis.

Torquatus, intelligitur Titus Manlius Torquatus, qui filium occidi iussit, quia

extra paternum imperium certamen inierat; inde, *saevus securi* decitur.

Camillus, intelligitur Furius Camillus, qui recepit signa a Gallis capta in pugna Alliensi.

Signa, vexilla, Fahnen.

Dum nocte premuntur, dum vitam nondum ingressi sunt.

Lumina vitae attingere, vitam ingredi, nasci.

Aggeres Alpini, munimenta Alpium.

Socer, Julius Caesar, cujus filiam Juliam Pompejus uxorem habuit.

Arx Monoeci, promontorium cum templo et portu Herculis Monoeci, nunc Monaco.

Gener, Pompejus.

Adversis Eois, auxiliis orientalibus ex adverso venientibus.

Animis assuescere bella, animos bellis assuescere.

Viscera patriae, cives.

Genus ducere Olympo, a diis originem habere.

Sanguis meus, e sanguine meo oriundus.

Ille, intelligitur Lucius Mummius.

Triumphatus, de quo triumphus agitur.

Praeterlabi, praeterfluere.
Quondam, aliquando.
Fodere calcaribus armos equi, dem Pferde die Spornen geben.
Si qua, scil. via ac ratione.
Aspera fata rumpere, fatorum durorum ordinem dissolvere, durum fatum effugere.
Inanis, nihil profuturus.
Campi aëris, loci caliginosi h. e. inferi.
Laurentes, Latini.
Corneus, e cornu factus.
Verae umbrae, somnia.
Elephantus, ebur.
Ad coelum, ad homines.
Manes, inferi.
Secare viam, carpere viam.
Cajeta, nutrix Aeneae, a qua portus in Latii et Campaniae finibus nomen duxit.
Recto limite, recta via.

LIBER VII.

Honos servat sedem, honos servatur, superest sedi, i. e. sepulcro; tumuli exstat adhuc memoria.

Nomen, titulus sepulcri.

Si qua est ea gloria, quantacunque ea gloria sit.

Signare, designare.

Exsequiae, officia funebria.

Solvere, persolvere, perficere.

Componere, exstruere, accumulare.

Velis, per vela vento data.

In noctem, circa noctem.

Non negare cursus, favere navigationi.

Circaea terra, insula Circes.

Inaccessi luci, silva, ad quam raro accedunt homines, solitaria.

Solis filia, Circe.

Resonare, resonare facere.

Tecta superba, domicilium magnifice exstructum.

Odorata cedrus, vid. Georg. III. 414.

Nocturna in lumina, ut noctu pro lumine esset.

Arguto tenues percurrens pectine telas, vid. Georg. I. 294.

Setiger, setas gerens, setis abundans.

Praesepe, cavea.

Formae luporum, lupi.

Induere in vultus ac terga ferarum, induere formis ferarum, in wilde Thiere verwandeln.

Fuga, celer cursus et navigatio.

Vada fervida, mare aestuosum.

Praetervehere, traducere.

Posuere, scil. se, quievere.

Residere, cessare.

Lentus, immotus a ventis, quiete refluens.

Tonsae, remi.

Aethera mulcere cantu, suavissimo linguarum concentu complere aërem.

Iter, cursus.

Succedere, einlaufen.

Opacus, silvis consitus.

Erato, una Musarum; hic, pro qualicunque Musa.

Tempus, conditio.

Exercitus, populus, turba, navales copiae.

Revocare, scil. in memoriam, narrare.

Monere, docere, memorare et subjicere quae canenda sunt, begeistern.

Funus, mors.

Coactus, collectus.

Movere, moliri, aggredi.

Faunus, numen antiqui Latii fatidicum.

Laurens, qui ex Laurento est.

Marica, nympha Latii, cujus religio apud Minturnenses servata est, luco ad Lirim fluvium consecrato.

Referre, recitare, repraesentare.

Sanguis, genus.

Ultimus, primus.

Fatum, voluntas.

Servare, tenere, possidere.

Matura viro, manubar.

Nubilis, quae nuptias contrahere potest.

Petere, scil. in matrimonium, procare, werben.

Avi atavique, majores, Ahnen.

Amor, desiderium.

Portentum, signum.

Sacra comam, frondibus intactis.

Metus, religio, Ehrfurcht.

Arces, urbs.

Ponere, dare.

Densae, an einander gedrängt.

Stridor, Gesumme.

Trans aethera vectae, aërem transvolantes.

Apex, cacumen.

Pedes per mutua nexi, pedes complicati mutuo, invicem.

Partes easdem, scil. ubi laurus est.

Ex iisdem partibus, scil. unde venere apes.

Castus, pius, impollutus.

Adolere altaria, incendere dona, quae sunt supra altare.

Nefas, res dira et abominanda, quae praeter naturam fit.

Comprendere, concipere, arripere.

Fumeus, plenus fumi.

Fatidicus, qui fata canit.

Albunea, Nympha praeses fontis, ejusdem nominis.

Nemorum, per nemora.

Maxima, scil. inter caeteras aquas seu fontes.

Sonare, cum sonitu manare.

Saevus, gravis.

Mephi-

Mephitis, gravis odor a sulphure aquarum exsurgens.

Oenotria tellus, vid. Aen. III. 165.

In dubiis, scil. rebus.

Dona, victima, sacrificium.

Incubare, proprie, dormire ad oracula accipienda.

Acheron, dei inferi et Manes.

Effultus, sustentatus.

Tergum, tergus, pellis.

Connubiis Latinis sociare natam, Latino cuidam filiam in matrimonium dare.

Progenies, filius.

Thalamis paratis, scil. Turni, cui jam desponsata erat Lavinia.

Sanguis, progenies.

In astra ferre, in coelum tollere.

Sub pedibus, sub imperio ac potestate.

Sol recurrens, sol oriens et occidens.

Uterque Oceanus, orientalis et occidentalis.

Verti regique, esse.

Premere suo ore, tacere, celare.

Religare classem, naves appellere.

Corpora deponere, recubare.

Instituere, praeparare.

Adorea liba, placentae de farre, quae pro panibus erant.

Subjicere, supponere.

Monere, animis subjicere.

Cereale solum, solum ex pane stratum: intelliguntur liba seu placentae, quatenus pomis substernuntur et pro mensis sunt.

Augere, cumulare, imponere.

Ceres, panis, qui pro mensa erat.

Penuria edendi, penuria ejus quod comedi possit.

Violare, frangere, comminuere.

Orbis fatalis crusti, placentae in orbem formatae, in quibus fata sita sunt.

Quadrae, frusta panis, partes placentae in orbem formatae.

Alludere, ludere, jocari, jocose dicere.

Ferre finem, significare finem adesse.

Eripere vocem ab ore loquentis, geschwind das Wort nehmen.

Omen, oraculum.

Premere, reprimere, interpellare.

Fatis, ex fatorum permissione et concessione.

Repetere, memoria revolvere, recordari, in mentem revocare.

Accisus, consumtus.

Moliri aggere tecta, urbem aedificare, quod fit vallo ducto.

Exitia, calamitates.

Ponere modum, facere finem.

Habere, habitare.

Vestigare, explorare.

Paterae, vinum, quod in pateris est.

Reponere, apponere, ponere.

Implicare, cingere.

Genius loci, vid. Aen. V. 95.

Ex ordine, deinceps.

Duplices parentes, uterque parens, Venus et Anchises.

Ardens radiis et auro, fulgens radiis aureis.

Didere, distribuere, divulgare.

Lustrare lampade, vid. Aen. IV. 6.

Diversi, in diversa abeuntes.

Numicus, fluvius Latii.

Ordine ab omni, ex omnibus ordinibus.

Ramis velatus Palladis, habens ramos oleaginos vittatos manibus.

Pax, foedus et amicitia.

Rapidis ferri passibus, celeriter ire.

Moliri locum, moliri, exstruere tecta in loco.

Pinnae, muri.

Agger, vallum.

Iter emetiri, iter conficere.

Primaevus flos, primus flos aevi.

Currus, equi jugales.

Acer, fortis.

Spiculum, jaculum.

Ictus, jaculatio.

Lacessere, contendere, certare.

Praevehi equo, vorbeireiten.

Solium avitum, solium, quo majores usi sunt.

Summa urbs, summa pars urbis, ἀκρόπολις.

Horrendus, venerandus.

Religio, cultus.

Attollere fasces, sumere regni insignia.

Ariete caeso, victima sacra mactata.

Perpetuus, longus, multum procurrens.

Ex ordine, prout sibi successerant.

Italus, Saturni pronepos, qui imperium inter Napetinum sinum et Scyllaceum tenuit, a quo Italia nomen accepit.

Vitisator, qui primus vites serere docuit.
Imago, simulacrum.
Janus, antiquissimus Italiae rex.
Bifrons, duplicem faciem habens.
Ab origine reges, prisci reges.
Martia vulnera pati, vulnera bello accipere.
Captivus, captus, erbeutet.
Crista, galea.
Claustrum, quo quid clauditur, repagulum, sera.
Quirinalis, sic dictus lituus a Romulo seu Quirino, qui eo usus est inprimis in urbe condenda.
Lituus, incurvus baculus, quo augures utebantur.
Trabea, genus vestis purpureae, quo augures et reges utebantur.
Ancile, scutum breve.
Conjunx, amans.
Virga, Zauberstab.
Versus, transmutatus.
Placidus, benevolentiam indicans.
Auditus, cognitus.
Advertere cursum, advenire.
Portu sedere, appellere, stationem accipere.

Ignorare, verkennen.

Vinculum, vis, necessitas.

Veteris dei more, institutis ac moribus a Saturno sancitis.

Se tenere, se continere, moderate et juste vivere.

Aurunci, populi Campaniae.

Ferre, narrare.

Idaeae urbes, urbes sub Idam.

Penetrare, proficisci, navigare.

Corythum, oppidum Etruriae, vid. Aen. III. 170.

Stellans, stellas ferens, stellis radians.

Numerum altaribus addere, augere numerum altarium.

Genus, filius.

Succedere terris, intrare terras.

Sidus, tempestas.

Regione viae, via et navigatione instituenda ac regenda.

Fallere, errare facere, in errorem ducere.

Consilio, absichtlich, mit Vorsatz.

Animis volentibus, freiwillig.

Afferri, accedere.

Maximus, potentissimus, opulentissimus.

Extremus Olympus, Oriens.

De gente suprema Jovis, de prima origine et stirpis exortu a Jove.

Tempestas, vis et perturbatio bellorum.

Ire, überschwemmen.

Actus, vexatus, calamitatibus afflictus.

Europae et Asiae orbis, utraque pars mundi, et Europae et Asiae.

Fata, eventus fatalis.

Concurrere, congredi, in certamen descendere.

Tellus extrema refuso Oceano, fines terrarum, quos ambit Oceanus, longe lateque diffusus et extentus.

Submovere, separare.

Extentus, patens.

Dirimere, separare.

Plaga, regio, zona.

Iniquus, nimium vehemens, ardens, torrens.

Diluvium, excidium, vastitas.

Innocuus, tutus.

Indecoris, dedecus afferens.

Ferri, esse.

Abolescere, aboleri, in oblivionem ire.

Troja, Trojani.

Fides, Bund.

Praeferre, prae se ferre.

Vittae, rami oleagini, vittis obvoluti, qui praeferebantur a supplicibus et tenebantur manibus; vid. Aen. VII. 154.

Verba precantia, humilis oratio more supplicantium.

Imperia, monita.

Agere, cogere.

Repetere, redire.

Urgere, retrahere.

Fons Numicus, vid. Aen. VII. 150.

Dat, scil. Aeneas.

Receptus, servatus.

Aurum, poculum aureum.

Gestamen, quod geritur, ornamentum.

Jura dare, vid. Aen. I. 511.

More, ex consuetudine.

Tiaras, pileus Phrygius.

Iliadum labor vestes, vestes a Trojanis mulieribus acu pictae.

Defixa obtutu tenet ora, vid. Aen. I. 499.

Purpura picta, vestes purpureae acu pictae.

Movere, afficere, delectare.

Sors, oraculum, effatum, responsum.

Portendere, praedicere.
Auspicia, potestas, ius.
Vires, fortitudo, virtus bellica.
Augurium, sors, oraculum.
Non spernere, lubenter accipere.
Uber, ubertas.
Pax, foedus.
Tyrannus, rex.
Plurima coelo monstra, ostenta divinitus missa.
Restare, manere.
Augurare, praesagire, praedicere.
Optare, eligere, amplecti, probare.
Ordine, deinceps, omnibus et singulis.
Instratus, tectus.
Ostrum pictaque tapeta, stragula purpurea acu picta.
Alipedes, equi volucres pedes habentes, schnellfüſsige Rosse.
Monilia, torques, phalerae.
Aurum, stragula auro intexta.
Aurum sub dentibus, frena aurea.
Gemini jugales, duo equi.
Semine ab aetherio, ex semine equorum solis.
Gens, genus, progenies.

Daedalus, ingeniosus, erfinderisch.

Supposita mater, equa, quae submissa est equis solis.

Nothi, ex diverso genere nati, scilicet matre mortali, et patre immortali, Bastarde.

Furata, furtim.

Creare, procreari facere, suscipere.

Talibus donis, cum talibus donis.

Sublimes in equis, vecti equis.

Inachii, sic dicti Argi, a rege Inacho qui ibi regnavit.

Sese referre, redire.

Pachynum, vid. Aen. III. 429.

Fidere terrae, versari uti in terra propria.

Fixus, transfixus.

Stirps, progenies.

Sigei, sic dicti campi Trojani, a Sigeo, promontorio Trojano.

Numina, potestas.

Excussus, expulsus.

Sequi, insequi, persequi.

Securus, contemnens, unbesorgt.

Lapithae, populi Thessaliae, vid. Georg. III. 115.

Concedere, tradere.

In iras, ad poenam et vindictam.

Calydon, oppidum Aetoliae, Oenei regis regia, qui cum caeteris Diis omnibus primitias sacrificasset, Dianam solam omisit, hinc immissus ab ea aper Calydonius.

Scelus, poena propter scelus.

Nil linquere inausum, omnia audere.

Semet in omnia vertere, ad omnia se accommodare, omnia tentare.

Implorare, in auxilium vocare.

Quod usquam est, quidquid numinis sit, ubicunque sit.

Movere, excitare, sollicitare.

Non dabitur, non concedetur a fatis.

Prohibere, arcere, scil. Aeneam.

Immota manet fatis Lavinia conjux, immota manent fata de Lavinia ab Aenea conjuge ducenda.

Trahere, protrahere, differre.

Moras addere, verzögern, verspäten.

Merces, malum, damnum, pernicies.

Coire, conjungi foedere, et matrimonio.

Dotare, aussteuren.

Bellona, bellorum dea.

Pronuba, vid. Aen. IV. 166, quae praeest nuptiis.

Cisseis, Hecuba, Cissei filia, quae somniabat facem utero gerere.

Praegnans, gravida.

Ignes jugales, ignes conjugales, filius conceptus ex conjugio, qui Asiae incendium erat futurus: intelligitur Paris.

Idem, similis, scil. ignis.

Partus, filius.

Funestus, exitiosus.

Recidiva Pergama, nova Troja, restituta Trojanorum fortuna; vid. Aen. IV. 344.

Horrenda, irata.

Luctificus, luctum faciens, inducens.

Alecto, Furiarum una.

Dirae, Furiae.

Cordi esse, placere, delicias facere.

Ora, oris habitus, vultus.

Pullulare, germinare.

Acuere, instigare, irritare.

Sata Nocte, filia noctis.

Proprium dare, praestare, suscipere.

Infractus, labefactatus, imminutus.

Cedere loco, vinci.

Connubiis ambire Latinum, a Latino petere ut filiam in matrimonium det.

Obsidere, domicilium locare, sedes figere.

Versare, exagitare, vexare, zerrütten.

Domus, familia.

Verber, flagrum, flagellum.

Nomen, proprietas, potestas, vis.

Fecundum, scil. malorum, artium nocendi.

Disjicere, rumpere, dirimere.

Compositus, factus.

Crimina, semina, caussae.

Gorgoneis infecta venenis, habens caput cinctum anguibus venenatis, quales Medusae caput cingunt.

Laurens tyrannus, Latinus.

Tacitum limen, cubiculum, quod in secretiore domus parte est, einsames Zimmer, stilles Gemach.

Ardens, inflammatus.

Coquere, agitare, vexare.

Subdere, subjicere.

Permiscere, perturbare.

Labi, schlüpfen.

Simulato numine Bacchi, quasi celebrans sacra Bacchi.

Adoriri, aggredi, unternehmen.

Evolare, velociter currere.

Taedas morari, nuptias differre.

Evohe, vox bacchantium.

Fremere, cum fremitu dicere.

Tibi, in tuum honorem.

Thyrsus, hasta pampinis involuta.

Lustrare choro, choros circa ducere.

Pascere, nutrire, wachsen lassen.

Ardor, vehemens cupido.

Nova tecta, silvarum recessus.

Pampineus, pampinis tectus.

Pinus, fax pinea.

Hymenaei, carmen nuptiale.

Ius maternum, ius quod matres habent in liberos.

Crinales vittae, vittae quibus crines implicantur.

Capere, celebrare, agere.

Stimuli Bacchi, stimuli, qualibus bacchantes in furorem instigari solent.

Agere, instigare.

Acuere, excitare.

Dea

Dea tristis, Alecto.

Acrisionei, sic dicti coloni ab Acrisio rege Argivorum.

Danae, filia Acrisii, mater Persei.

Avis, a majoribus.

Fortuna fuit, fortuna pristina exstincta est.

Mediam quietem nigra nocte carpere, in medio somno noctis nigrae esse.

Furialia membra, membra, qualia furiae esse solent.

Frontem rugis arare, frontem rugosam efficere.

Obscoenus, turpis.

Anus, vetula.

Incassum fundi, in irritum cadere, unnütz werden.

Tua sceptra, imperium tibi debitum.

Transscribere, transferre.

Conjugium, scil. Laviniae.

Quaesitus, partus.

Offerre, objicere.

Tege pace Latinos, scil. avertendo et repellendo hostes.

Laetus, alacer, festinus.

Coelestum vis magna, magnum deorum numen.

Dicto parere, promisso stare.

Vates, sacerdos.

Orsa, dicta.

Victa situ, multa annorum diuturnitate consumta, annis fracta.

Veri effeta, carens veritatis, cui nihil veri indicii adest, inhabilis ad videndum verum.

Curis nequidquam exercere, curis vanis cruciare.

Ludere, illudere.

Orare, loqui.

Occupare, invadere.

Erinnys sibilat hydris, angues sibilant e capite Furiae.

Tanta, talis.

Se aperire, se manifestare, apparere.

Flammea lumina, oculi igniti, inflammati.

Verbera insonare, flagello increpare.

Rabidus, furiosus.

Rumpere, abrumpere, interrumpere.

Fremere, cum fremitu poscere, clamare.

Amor, cupido.

Scelerata insania, insanum desiderium, quod ad scelera, caedes et rapinas rapit.

Ira super, scil. furit, magis adhuc quam amor pugnae.

Flamma virgea, ignis de virgis factus, virgis nutritus.

Sonitus, sonus, strepitus.

Suggerere, supponere.

Costa, latus.

Undare, ebullire.

Latices, aquae.

Fumidus, fumum emittens.

Alte, in altum.

Spumis exuberare, spumare ubertim.

Nec jam se capit unda, a qua se non amplius continere potest intra ahenum.

Pollutus, violatus.

Primi, principes.

Detrudere, depellere, arcere.

Venire, esse.

In vota vocare, votis invocare.

Movere, instigare, erigere.

Claris dextera factis, dextra quae clara facinora edidit.

Se concitare, sich in Bewegung setzen.

Arte nova, alia fraude.

Cocytia virgo, Alecto, a Cocyto fluvio in-

fernali sic dicta, quia apud inferos habitabant furiae.

Contingere, perfundere.

Caussa laborum, initium calamitatum.

Animi agrestes, animi agrestium virorum.

Tyrrhidae pueri, Tyrrhei filii.

Cui regia parent armenta, qui erat regii armenti magister.

Custodia, Aufsicht, Hut.

Assuetus imperiis, domitus, zahm gemacht.

Soror, scil. puerorum.

Innectere, umwinden, umflechten.

Pectere, kämmen.

Ferum, cervus.

Mensa herilis, mensa domini.

Errare, libere divagari.

Ipse, sua sponte, nemine ducente.

Se ferre, ire.

Commovere, excitare.

Flumine secundo, den Strom hinab.

Defluere, natare.

Aestus levare, ab aestu se recreare.

Spiculum, sagitta.

Curvum cornu, arcus incurvatus.

Dextrae erranti non abesse, adesse dextrae sic ut ea non aberret, sed metam contingat.

Acta, directa, adacta.

Arundo, sagitta arundinea.

Saucius quadrupes, cervus vulneratus.

Conclamare, convocare.

Agrestes, rustici, pastores.

Pestis, furia.

Torris obustus, sudes praeusta.

Stipitis gravidi nodi, fustis gravis atque nodosus.

Rimari, quaerere.

Quadrifidus, qui in quatuor partes findi potest.

Coactus, adactus.

Raptus, vi sumtus.

Spirare immane, graviter anhelare.

Tempus, occasio.

Dea, Alecto.

Stabulum, tugurium pastoris.

Pastorale signum, signum ad convocandos pastores dari solitum.

Intendere, hören lassen.

Silvae profundae intonuere, in intimis magnae silvae recessibus audiebatur vox.

Triviae lacus, lacus Aricinus cum nemore et templo Dianae nobilissimo.

Nar, fluvius, qui inter Sabinos et Umbros ad Tiberim descendit.

Fontes Velini, lacus Velinus, amne Velino inter montium juga super Reate stagnante.

Buccina, instrumentum, quo datur signum in hostes ad pugnam, Trompete.

Raptus, zusammengerafft.

Indomitus, durus, asper.

Auxilium effundere castris apertis, castrorum portis reseratis mittere auxilium.

Dirigere, ordinare.

Certamen agreste, certamen, quale inter agrestes fieri solet.

Praeustus; cujus primores partes sunt ustae.

Anceps, geminam aciem habens, utrimque incidens.

Decernere, pugnare.

Seges, ager, acies.

Aera, aerea arma.

Sole lacessitus, radiis solis percussus.
Vulnus, sagitta vulnus faciens.
Udae vocis iter, madida vocis via.
Includere, intercludere, suffocare.
Vita, spiritus vitalis.
Medius, mediator, qui lites certantium partium componit.
Aequo Marte, pari utrimque belli fortuna, pugna in neutram partem inclinata, mit wankendem Glücke.
Promissi facta potens, ubi vidit se potuisse, quod promiserat.
Imbuere, inchoare, initiare.
Committere funera pugnae, pugnam committere cum funeribus.
Per auras, scil. evecta.
Victrix, voti compos.
Tibi, nutu et jussu tuo.
Respergere, conspergere, contaminare.
Tua si mihi certa voluntas, si tua in hoc consentit auctoritas.
Ferre, rapere, inducere.
Martis amor, desiderium belli.
Spargere arma per agros, excitare ad bellum agrestes et rusticos.

Stant caussae, certae, fixae sunt caussae, jacta sunt fundamenta.

Errare licentius, liberius vagari.

Si qua super fortuna laborum est, si in aliqua re adhuc elaborandum erit, ut perficiatur bellum susceptum.

Supera ardua, die Oberwelt.

Nobilis, notus, celebris.

Amsancti valles, locus in Hirpinis non longe ab Aeculano, hodie Fricenti.

Ater, umbrosus.

Urgere, obtegere.

Utrimque, ex utraque parte.

Latus nemoris, collis nemorosus.

Fragosus, cum fragore decurrens.

Spiraculum, aditus, hiatus, faux.

Pestifer, nocivum odorem exhalans.

Quis, scil. faucibus.

Conditus, absconditus.

Levare, liberare praesentia sua, relinquere.

Extremam manum imponere, perficere, consummare.

Caesus, occisus.

Implorant, scil. ad auxilium et ultionem.

Obtestari, in testem facti citare.

Medio in crimine, medias inter criminationes, quas scilicet in Trojanos jacit.

Caedis et ignis terrorem ingeminare, metum majorem efficere, fore ut caede et igni omnia misceantur.

Limen, regnum, domus, regia.

Attonitae Baccho, furore Bacchico percussae, concitatae.

Insultare thiasis nemora avia, in silvis, a via remotis thiasos, i. e. choreas agere.

Levis, parvi momenti, unbedeutend.

Nomen, auctoritas.

Martem fatigare, exposcere bellum, cum clamore.

Omina, intelliguntur apes advenientes et Laviniae comae ardentes.

Fata Deum, oraculum Fauni.

Perverso numine, perversa, conturbata et infirmata deorum voluntate.

Circum latrare, umheulen.

Spumeus, spumis perfusus.

Exsuperare, vincere.

Consilium caecum, temerarius impetus et furor.

Aurae inanes, coelum.

Frangi, vinci.
Hae poenae, poenae pro hoc scelere.
Sacrilegus, impius, sceleratus.
Pendere, persolvere.
Vota sera, vota nimium tarde suscepta.
Mihi parta quies, für mich ist Ruhe da.
Omnis, totus.
Limen, aditus.
Funus, mors.
Saepire se tectis, in tecta sua se recipere.
Rerum habenae, gubernaculum reipublicae.
Protinus, perpetuo, ab eo inde tempore.
Maxima rerum, maxima imperiorum.
Movere Martem in prima proelia, prima proelia cum novis hostibus committere.
Getae, vid. Georg. III. 462.
Hyrcani, vid. Aen. IV. 367.
Arabi, vid. Georg. II. 115.
Indi, vid. Georg. IV. 425.
Auroram sequi, ad extremum Orientem usque progredi.
Parthi, vid. Georg. IV. 314.
Signa, Fahnen.
Formido, cultus.

Vectis, Hebel.

Robora ferri, ferrea repagula.

Non absistere, semper adesse, stare.

Janus, statua Jani.

Certa sententia pugnae sedet, bellum decretum est.

Patres, senatus.

Quirinalis trabea, vid. Aen. VII. 187 et 188.

Cinctus Gabinus, toga sic in tergum rejecta, ut una ejus lacinia a terga revocata hominem cingat, a Gabiis translata.

Insignis, vestitus, ornatus.

Reserare, aperire.

Vocare pugnas, indicere bellum.

Assensus, sonus assensum significans.

Conspirare, simul inflare.

Cornua, tubae incurvae.

Tristis, tristitiam afferens.

Abstinere tactu, contingere nolle.

Refugere, vitare, a se rejicere.

Inexcitus, non commotus, quietus.

Arduus, sublimis.

Pulverulentus, perfusus pulvere.

Tergere, purgare, nitidum reddere.

Arvina, pinguedo dura intra cutem et carnem, lardum, adeps.

Subigere, subigendo acuere.

Novare, innovare.

Turriger, turres habens, hochgethürmt.

Tegmina capitum, galeae.

Flectere salignas umbonum crates, ex salice sibi scuta compingere.

Thorax ahenus, munimentum pectoris ex aere factum.

Ocreae, tegmina crurum, Schienen.

Lentus, mollis, cedens, qui, quocunque velis facile trahi ducive possit.

Ducere, obducere.

Cedere, traduci.

Recoquere, recudere, umschmieden.

Classicum, vid. Georg. II. 539.

It, dividitur, distribuitur.

Tessera, symbolum bellicum, quo socii milites dignoscebant ab hostibus, Losung.

Trepidus, festinus.

Rapere, arripere.

Auro trilix lorica, lorica aureis lamellis, triplici ordine sibi innexis.

Deae, Musae.

Cantus movere, canere.

Bello excitus, ad bellum excitatus.

Quibus arserit armis, quos populos bellantes habuerit.

Tenuis famae aura, vix modicus rumor.

Perlabi, pervenire.

Tyrrhenis ab oris, oriundus ex Etruria.

Debellator, victor.

Agyllina urbs, Caere.

Nequidquam secutos, qui ei in pugna cadenti frustra erant adfuturi.

Patriis qui laetior esset imperiis, qui meliore patre gauderet.

Currus insignis palma, currus, qui praemium cursus obtinuerat.

Insigne, ornamentum.

Collis Aventinus, pars urbis Romae.

Partu edere, parere.

Mixta, commixta, quae concubuit.

Deo, Herculi.

Geryon, rex Hispaniae, qui tria habebat corpora.

Exstinctus, interemtus.

Tirynthius, sic dictus Hercules a Tirynthо, oppido prope Thebas ubi regna-

vit Amphitryo conjux Alcmenes, matris Herculis.

Tyrrhenum flumen, Tybris.

Iberus, Hispanus.

Dolo, ingens contus cum ferro brevissimo.

Teres mucro veruque Sabellum, verutum, jaculi seu teli missilis genus, cui praefixum ferrum teres, quo Sabelli aut Samnites usi sunt.

Ipse pedes, scil. pugnans.

Tegumen, exuviae.

Torquens, retorquens in cinctum corporis, involvens, umschlagend.

Impexus, villosus.

Capiti, ad caput usque, pro munimento capitis.

Herculeo humeros innexus amictu, pellis innexa erat ad humeros, ad eum modum, quo Hercules gestare solitus erat.

Tiburtia moenia, Tibur.

Tiburtus, *Catillus*, *Covas*, tres fratres, filii Amphiarai Argivi, qui in condenda urbe Tibure operas suas sociarunt.

Feruntur, scil. equis.

Nubigenae, ex nube geniti, sic dicuntur

Centauri, quia geniti ex Ixione et nube in speciem Junonis conformata.

Homole et Othrys, montes Thessaliae.

Praenestina urbs, Praeneste, urbs Latii, non procul a Roma.

Fundator, conditor.

Gabina, sic dicta Juno, quia Gabiis, in urbe Volscorum religiosissime colebatur.

Anien, fluvius in Tiburtino agro.

Roscidus, irrigatus.

Hernici, Sabina natio saxosa incolens, hinc, *Hernica saxa.*

Anagnia, urbs, in qua colonia Sabina.

Amasenus, fluvius Volscorum, agros Anagnienses irrigans.

Sonare, h. l. esse.

Glans, globulus, qui e funda mittitur.

Liveus, bläulich.

Spargere, e funda jacere.

Galerus, genus pilei in modum galeae.

Vestigia pedis instituere, pedem statuere, ponere.

Pero, genus calceamenti e crudo corio.

Fas cuiquam est, quisquam potest.

Reses, otiosus, piger.

Desuetus bello, alienus a consuetudine bellandi, des Krieges entwöhnt.

Retractare, iterum tractare, saepe versare, renovare, acuere.

Fescennia, *Aequi*, *Falisci*, *Flavina*, urbes in Etruriae parte ad Tiberim vergente.

Soractis arces, mons Soracte in agro Falisco.

Ciminus, mons et lacus Etruriae.

Capena, oppidum Etruriae, Faliscis contermina.

Aequati numero, aequalibus numeris, ordinibus.

Dare modos, canere.

Amnis, Caystrus.

Asia palus, campus paluştris ad Caystrum, vid. Georg. I. 383.

Pulsa, scil. modis, sono.

Aeratus, aereis armis tectus.

Misceri, congredi, pugnare.

Aërius, in aëre volans.

Gurges, mare.

Urgeri, properare.

Tribus, Zunft.

Amiternum, oppidum Etruriae.

Prisci

Prisci Quirites, Curenses, ex Curibus Sabinis.

Eretum, vicus supra ripas Tiberis.

Olivifer, ferax olivarum.

Mutuscae, Sabinorum civitas, quae et Trebula dicta est.

Nomentum, vid. Aen. VI. 773.

Rosea rura Velini, Rosea, seu Campi Roseae, in agro Reafino, ad lacum Velinum summa fertilitate celebres.

Tetricus, mons in Sabinis.

Severus, mons in Sabinis.

Casperia et Foruli, oppida Sabinorum.

Hymella, fluvius in Sabinis.

Fabaris, fluvius, qui per Sabinos transit.

Nursia, oppidum Etruriae.

Hortina, oppidum Etruriae.

Classes, copiae.

Secare, dividere.

Interluere, interfluere.

Allia, fluvius, haud longe a Roma juxta quem Romani a Gallis cladem acceperunt, hinc, *nomen infaustum*.

Saevus, nimbosus, procellas secum ferens.

Ubi, quando.

Hibernis undis condi, ineunte hieme occidere.
Sole novo, prima aestatis parte.
Hermus, vid. Georg. II. 137.
Lycia, vid. Aen. IV. 143.
Agamemnonius, ab Agamemnone oriundus.
Rapere, adducere.
Vertere rastris, colere.
Felix Baccho, fertilis vino.
Massicus, mons Campaniae.
Aurunci, populi ultra Lirim in Campania habitantes.
Sidicinum, urbs Campaniae.
Aequora, camporum planities.
Cales, urbs Campaniae.
Vadosus, vadis plenus.
Accola, juxta habitans.
Volturnus, fluvius Campaniae.
Saticula, urbs Campaniae.
Osci, vetus Ausonum gens.
Actys, genus jaculi brevis, quod loro in medio vincitur, quod jactum potest retrahi.
Aptare, illigare.
Flagellum, lorum.
Cetra, scutum loreum.
Falcatus, incurvus.

Comminus, quoties comminus pugnant.
Indictus, illaudatus.
Teleboae, Aetoliae populi; qui Taphum; unam ex Echinadibus incoluerunt; hac relicta Capreas, insulam, Surrentino promontorio Campaniae objectam, occuparunt; quorum rex fuit *Telon*, pater *Oebali*.
Sebethis, Nympha Sebethi fluvii ad Neapolin filia.
Ditione premere, beherrschen.
Sarrastes, Sarni fluvii accolae; Sarnus autem fluvius Campaniae.
Rigare, irrigare.
Rufrae, in Hirpinorum finibus; in Samnitium potestate habitae.
Batulum et Celennae, oppida Campaniae.
Malifer, poma ferens.
Abella, oppidum Campaniae.
Teutonico ritu, more Teutonum.
Cateia, longius hastae genus; Speer.
Raptus, recens detractus.
Suber, Korkbaum.
Montosus, in montibus positus.
Nersae, urbs Aequiculorum.

Multus venatus, frequens venatio.

Duris glebis, cui est ager asper et aratu difficilis.

Aequiculi, populi, exiguum ad utramque Anienis ripam tractum inter Marsos Pelignos et Sabellos montes inhabitantes.

Rapto, ex rapina.

Marrubia gens, Marsi, ab oppido Marrubio sic dicti, populus Italiae supra Picenum.

Graviter spirans, afflatu nocens.

Spargere somnos, einschläfern.

Cantus, incantatio.

Manu, tactu.

Mulcere, mitigare, sedare.

Levare, medicari.

Evalescere, posse.

Invulnera, ad vulnera sananda.

Somnifer, somnum secum ferens, excitans.

Arguitia, Nympha.

Fucinus, lacus inter Apenninorum montium juga.

Hippolytus, Thesei filius.

Aricia, Nympha, quae ex Hippolyto peperit Virbium.

Eductus, educatus, nutritus.

Egeria, Nympha in Aricinio nemore, quam amicam suam esse Numa fingebat, et cum qua nocturnos congressus simulabat.

Humentia littora, lacus Aricinus.

Ara placabilis, ara, qua litatur, ad quam dea placatur.

Ars, dolus.

Noverca, Phaedra.

Explere sanguine patrias poenas, morte luere poenas a patre illatas.

Turbatus, consternatus.

Distractus, geschleift.

Ad sidera aetheria rursus venire, revivere, in vitam revocari.

Paeoniae herbae, herbae medicantes, a Paeone, deorum medico, Apolline.

Ad lumina vitae surgere, in vitam redire.

Repertor, auctor, inventor.

Phoebigena, Aesculapius, Phoebi filius.

Trivia, Diana.

Relegare, legare, mandare, tradere.

Ignobilis, ruhmlos.

Versus, mutatus.

Ardens, acer, animosus, feurig.

Haud secius, nihilominus.
Exercere, agere.
Versi movere, agere se, incedere.
Supra esse, super eminere.
Triplici crinita juba galea, galea cui tres coni, lophi, cristae: Helm mit drei Büschen.
Chimaera, vid. Aen. VI. 288.
Tam magis, tanto magis.
Efferus, furens, terribilis.
Sublatis cornibus, cornuta.
Jo, Inachi filia, a Jove in vaccum mutata.
Insignire auro, ornare, decorare insigni auro.
Saetis obsitus, pilis tectus.
Argumentum, historia caelatura expressa.
Argus, centum oculos habens, a Junone Joni in custodem datus.
Nimbus, multitudo in modum imbris aut procellae.
Clipeatus, clipeis munitus.
Denseri, condensari, constipari.
Aurunci, populi cis Lirim habitantes.
Sicani, populi Latii ad Tiberim in Rutulorum finibus habitantes.

Sacranae acies, agmen Ardeatium; in ea enim urbe hoc *Sacranorum* nomine Sacerdotum fuit collegium.

Picta scuta, habentes scuta depicta.

Labici, incolae Labici, antiquissimi oppidi Latii.

